AZ.
III

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXVI
A'
11
NAPOLI

XXVI
a
11

JACOBI â BRUCK,

Angermundt cogn. Sil.

ARS ET MARS,

ſive

DISCVRSVS POLITICVS, DE LITERIS et ARMIS.

Ad

ILLVSTRISSIMVM
Principem ac Dominum,
DN. JOAN-GEORGIUM,
MARCHIONEM BRANDEBURgenſem, Pruſsiæ, Stetinï, Pomeraniæ,
Caſſubiorum, Vandalorum, nec non in
Sileſiâ Crosnæ, Carnoviæq; Ducem,
Burggrafium Norimbergenſem,
Rugiæq; Principem, &c.

ARGENTORATI,
Excudebat MARCUS ab HEYDEN.

Anno M. DC XVI.

44

Literæ Principibus gemmarum,
Nobilibus auri,
Plebeis argenti loco
eſſe debent.

*

Agapetus Aphoris. 17.

Tum demum ex commodo Reipub. regnabit Princeps, ſi literatæ Sapientiæ operam navaverit.

ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DN. JOAN-GEORGIO, D. G. MARCHIONI BRANDEBURGENSI,

Pruſsiæ, Stetini, Pomeraniæ, Caſſubiorum, Vândalorum, nec non in Sileſiâ Crosnæ, Carnoviæq́; Duci, Burggrafio Norimbergenſi, Rugiæq́; Principi &c. Domino ſuo Clementiſsimo,

S.

ROmæ olim, PRINCEPS ILLUSTRISSIME, duo præcipua templa fuiſſe ſcribitur; quorum alterum VIRTUTIS; alterum HONORIS, à M. Marcello, cùm Syracuſas expugnâſſet, ac prædâ ingenti onuſtus urbem reverſus eſſet, renovatum fuit. Tantâ autem arte hoc conſtructum fuiſſe; ut nulli ad illud pateret aditus, niſi per Virtutis ædem. Conſideranti verò mihi cauſas, cur priùs Virtutis templum eos ingredi oportuerit, qui Honoris adire voluiſſent; in mentem venit: Romanos, ad Rempublicam, vel Imperij dignitaté & faſtigium,

non quosvis, nec temerè admittendos: ſed quorum animus Virtutibus excultus: & ex rebus præclarè geſtis Fama celebris, ac animi Magnitudo, tales honores gerendi dignos efficeret, ſignificare absq; dubio voluiſſe: quandoquidem Honor virtutis, & ex hac actionum promanantium præmium ſit juſtiſsimum. Tantum ſcilicet Virtuti tribuebant, ut eam quaſi Matrem honoris cenſerent! Aſt ubi indignis Honores deferuntur; benè verò de Repub: merentibus, & Virtute præſtantibus denegantur; ibi Iuſtitiæ leges, quibus Regna & Reſpub: ſtabilitæ florent, infringi: Invidiæ ac Odiorum privatorum (ex quibus ſæpè ſeditio) ſemina ſpargi videmus: quod ijs maximè, quorum eſt honores in Repub: diſtribuere ac deferre, cavendum: ne, dum ex favore & gratiâ magis, quàm meritis, promiſcuè honoribus Cives ſuos cumulandos ſtudent; iniqui potiùs Reipub: & Virtutum Patroni æſtimentur, quàm juſtitiæ cultores habeantur. ELECTORATûs dignitatem Princeps Illuſtiſs:, in familiam veſtram Illuſtrem ac potentem, propter Virtutes egregias, & bellicam Fortitudinem, nec non alia

præclara

Digitized by Google

ræclara facinora, quæ FRIDERICUS I. huius nominis MARCHIO BRANDEBURGENSIS & ELECTOR, Imperio Romano, ac SIGISMUNDO Imp. præſtitit, olim illatam fuiſſe, memoriæ proditum eſt: quæ ſanè dignitas & Honor, ijsdem modis & cauſis, ex quibus primùm collatus, ad hæc uſq; momenta, in eâ conſervatus & propagatus fuit. Ac quoties Majores Celſ. T. eorumq; res geſtas conſidero: toties C. T. Virtutes excellentes, ſimul in ijs intueri mihi videor. Fuerunt enim Literarum amantiſsimi, fuerunt Armorum peritiſsimi Duces; quibus Rempub: omnem gubernari optimè; & tutiſſimè conſervari: præter ſummi Imp. Iuſtiniani, aliorumq; teſtimonia, ipſa experientia demonſtrat. Tu verò, PRINCEPS Illuſtriss., quantus ſis Pacis & Belli artium Cultor, & Patronus ac vindex acerrimus, Fama ipſa, toti notiſsima mundo, loquitur: ut de te, coram Te, de his, citra adulationem, aut offenſionem verba facere, non poſſem; imò inanem operam impendere viderer. Literarum enim & Armorum præſtantiam ac dignitatem, coram Principe utroque claro, laudibus extollere,

æquè ſupervacuus eſt labor, ac ſi quis Numulario pecuniæ uſum: vel artifici alicui inſtrumentorum ſuorum, ad artem exercendam neceſſariorum utilitatem, verbis efferre velit: cùm hic optimè ſciat, absq; ijs nihil egregij effici in arte ſuâ poſſe: ille verò pecuniâ rem facere benè nôrit. Principem autem nullum inveniri exiſtimo, qui, quod officij ſui ratio, ac muneris præſtantia requirit, neſcire debeat, aut ſaltem ſe ſcire non arbitretur! Vſq; adeò ipſe mihi ineptus videor; qui Literas cum armis Principibus neceſſariò conjungendas ſvadeam! quandoquidem non ſolùm ipſorum Dignitas; ſed Reipub: Vtilitas id maximè poſtulet. Præſertim verò rem actam, quod dicitur, agere me puto, quòd de ijs apud T. Celſ. diſſerere præſumam, quæ, quàm hæc Principi ſummè ſint neceſſaria, & nôrit optimè: & ſummâ cum Reipub. utilitate id experiatur cottidiè. Quis enim tuorum, quis exterorum Arma literata, literasq; armatas, cum Pietate omniq; Virtutum genere, in T. C. non admiretur? qui utriusq; gloriâ non tantùm omnes locos Sileſiæ: ſed vicinarum, & longè remotarum regionum partes cunctas jam pridem impleve-

impleveris! ut quicunq; Celſ. T. intueatur, Principis Optimi exemplum ſe videre: qui Aulam C. T. conſideret, Theatrum virtutum ampliſsimum eſſe, fateatur oportet: in quo cum Majeſtate ſublimi, humilitas; cum opulentiâ, laudabilis frugalitas; cum fortunâ, æquabilitas; cum potentiâ, humanitas; cum Arte militari, literarum eruditio; cum principali dignitate, privata Comitas certare videtur. Quibus quidem Virtutibus, mentes & oculos ſummorum, mediorum, & infimorum C. T. ita in ſe convertit, omniumq; animos & ſtudia ſibi devinxit; ut C. T. non modò ament obſerventq;: ſed terreſtris cujusdam numinis loco, non immeritò venerentur. Nam Reges & Principes, cùm DEUS Opt. Max. Vaſallos ac Vicarios ſuos in terris conſtituat, ut Iuſtitiam exerceant ac adminiſtrent, unde & Dij appellantur: quis eis omnem honorem, & debitum cultum non deferat? præſertim verò ijs, in quibus Sapientia, Pietas, Prudentia, Iuſtitia, Fortitudo, cum Majeſtate refulgent. De Tuâ Celſ. parciùs vellem dicere, niſi eâdem obſervantiâ, quæ me ad T. Celſ. jure quodam colendam,

tacitè hortatur, & quaſi ſtimulis incitat, ſubindè commoverer. Nam quoties apud me ILLUSTRISSIMORUM Majorum Tuorum, Marchionum Brandeburgenſium Electorum, egregiè facta, & quam Rom. Imperio Conſilijs ſuis fidelem operam præſtiterunt, perpendo: toties quoq; C. T. Veneratio quædam, mentem meam ſubit; cùm C.T. tot Virtutibus Heroicis hæreditarijs reſplendentem: ac Illuſtriss. avorum ſuorum facta æternâ memoriâ digna æmulantem; in eisq; quaſi viventem conſpicio. Fit enim neſcio quo modo, ut non tantùm plebejos tacitè amemus, in quibus virtutum argumenta elucent: ſed Principes inſtinctu quodam Naturæ tacito, imò divino, venerari cogamur, quorum radijs virtutum, ut ita dicam, divinarum, oculos & mentem noſtram perſtringi ſentimus: eósq; DEO ipſi gratos eſſe novimus, ac ſacris literis docemur. Atq; de hac Felicitate, Communi patriæ noſtræ non poſſum non vehementer gratulari, diuturnamq; precari; quæ DEI ſingulari benignitate, tales Principes & Gubernatores habeat, qui Pacis & Belli artibus inſtructi, Prudentiâ

ſuâ

ſuâ & Fortitudine, Vigilantiâ & Fide, pericula avertere; ſanis Conſilijs Rempub: juvare, eamq́; omni ex parte tueri, augere & conſervare, ſummâ ope & curâ contendunt, ejúsq; Bonum in melius provehere adnituntur. Inter quos Tua Celſ. non poſtremum locum poſsidet. Et ſi citra invidiam dicere debeam, quod ſentio; nullatenus dubito, quin, quòd C. T. Sileſia Patris patriæ honore afficiat, jure id bono faciat. Sed Ipſa loquatur de T. Celſ. virtutibus, quæ jam ejus paternum erga ſe animum grata agnoſcit.

Verum enim, verò cùm T. Celſ. non tantùm Virtutis templi limina calcâſſe, portamq́; prætergreſsam eſſe, res ipſa demonſtret: ſed quoq; Honoris ſacrarium jamdudum occupaſſe videam; unde Gloriæ & Famæ adjunctum ſacellum ſponte patet: quid ad Tuæ Celſ. laudes, belli & pacis artibus partas, majus & ſolidius adijci poſsit non video, niſi ut eæ perennent. Solidum autem id eſt, quod literis & Armis acquiritur & conſervatur. Nam, quod vulgò jactatur: Principi Reipub. ſalutari, ſolâ Fortitudine bellicâ famam quærendam [illegible] non ex Pru-

 dentiæ

dentiæ adytis; ſed Aſſentationis potiùs foro depromtum cenſeo: quandoquidem Veritate ipsâ verius ac certius ſit: Vim conſilij expertem mole ruere ſuâ: ac tùm beatum orbem terrarum futurum, cùm aut ſapientes regnare, aut Reges ſapere incipiant. Quapropter, Princeps Illuſtriss. in animum induxi meum, brevi hoc meo Diſcurſu demonſtrare; non ſolùm Impp. Reges & Principes, omnibus temporibus, Literis & Armis Reſpub. ſuas auxiſſe, conſervâſſe, defendiſſe: ſed utrumq; neceſſariò conjungendum eſſe, niſi divortium animæ à corpore facere; & ſalutem ac Felicitatem à Repub. ſeparare, vel propellere velint. Quòd verò opellam hanc meam qualem qualem, Tuæ Celſ. dicare placuit; fecit eiusdem ſingularis Humanitas & Favor, quem ex æquo viris literatis & militaribus dividere, ac demonſtrare eſt ſolita. Tùm me movit, mea erga T. Celſ. debita Obſervantia: Et quòd ſcirem, apud literatos Principes de literis: & apud Impp. & Duces belli, de Armis optimè & tutò diſſeri. Tandem, ut rationes huius meæ diſſertationis ſub Celſ. Tuæ patrocinio, tanquam ſub

Ajacis

Ajacis clypeo, contra adverſariorum tela, ſalvæ & tectæ eſſent. Quod autem olim gentibus quibusdam uſitatum fuit, ſuos Reges absq; munuſculis non accedere: idem mihi faciendum cenſui, ut Te Principem tantum, ſine dono aliquali non ſalutarem; quod licet chartaceum ſit, & T. Celſ. indignum; ſpem tamen in certiſsimam venio; eam, animum meum potiùs, quàm ipſum donum, pro eâ, quà prædita eſt, prudentiâ, inde æſtimaturam; quod ut faciat, meq; in numerum ſuorum clientum, qui eam ſuſpiciunt unicè, ac venerantur, clementer adſignare dignetur; humillimè rogo. Ego ſanè votum, quod pro T. Celſ. faciam, maius non concipio; quàm quemadmodum METELLUS Imperator Maximus, ſibi DECEM optâſſe ſcribitur, RES quidem maximas,

Vt belliger vir eſſet ſtrenuus.
Vt fieret Orator celeberrimus.
Vt Imperator eſſet fortiſsimus.
Vt magnas res gereret bonis auſpicijs.
Vt honorum gradus haberet inclytos.
Vt vir ſummæ ſapientiæ foret.
Vt eſſet ſenator optimus.

Vt opes honeſtis ac bonis acquireret modis.
Vt liberos multos relinqueret.
Vt in urbe eſſet celeberrimus.
Quæ vota ei, nec ulli poſt Romam conditam contigiſſe legitur: Ita, ut T. Celſ. plura & longè maiora, (id enim virtutes ſuæ merentur: eamq; maioribus bonis Patriæ, Deus ſervat, & ſervare velit!) eveniant, animitùs comprecor! Addo mihi meum; ut me meaq; ſtudia T. Celſ. ſibi commendata habere clementiſsimè dignetur!

Tuæ Celſitudini

Subjectiſſ.

Jacob â Bruck
Angermundt cogn.

SUM-

SUMMARIUM.

Num.

1. *PRimum mobile violento motu reliquos orbes in cœlo ſecum rapit.*
2. *Corpus ſine anima conſtare non poteſt.*
3. *Quod Mens imperat, id corpus exequitur.*
4. *Elementa in rebus producendis temperantur.*
5. *Vt varietas & adverſitas eſt humorum in corporibus: ita & ingeniorum.*
6. *Contemptores literarum.*
7. *Sapientis eſt, tempori inſervire, conſilium mutare; ſuis ſtare conſilijs.*
8. *Qui paucorum ſimilis eſſe vult, multis fit inviſus.*
9. *Non debemus omnia ex noſtro genio & ingenio metiri.*
10. *Vt quis à naturâ & arte eſt inſtructus, ita ſapit.*
11. *Sapienti nihil novum.*
12. *Principis decus non in ſolis armis conſiſtit.*
13. *Prudentes à fine incipiunt.*
14. *Homo præter facultatem Senſitivam & Vegetativam; intellectu eſt præditus.*
15. *Duæ facultates Intellctûs; Speculativus habitus, & Practicus.*
16. *Res in mundo exiſtentes, ſunt aut Opera DEI & Naturæ, aut Hominis.*

17. SA-

17. *Sapientia materiæ res expertes contemplatur, quæ eſt Speculativus habitus.*
18 *Habitus Practicus, eſt notitia rerum, quæ ab homine proficiſcuntur.*
19. *Cur Ars militaris inter liberales primo loco ab Ariſtotele ponatur.*
20. *Literæ & Sapientia maximam partem felicitatis humanæ ſibi vendicant.*
21. *Illud perfectius, quod Bonitati divinæ propiùs accedit.*
22. DEUS *non agit ſecundùm Virtutes morales.*
23. DEO *omnia præſentia.*
24. *Anima ſimilitudinem habet cum rebus divinis.*
25. *Sapientia beatam & jucundam vitam facit.*
26. *Talis eſt animus Sapientis, qualis mundi ſtatus ſupra Lunam.*
27. *Sapientia virtutum præſtantiſſima.*
28. *Anima corpore præſtantior.*
29. *Ingenio ſolus homo vivit.*
30. *Animæ opera majora, quàm corporis.*
31. *Literæ armis præſtantiores, quòd animum perfectiorem reddunt.*
32. *Anima absq; organis corporis operatur.*
33. *Lyſanias Primus Iupiter ab Athenienſibus nominatus.*

34. *Apis immortalis factus ab Ægyptijs.*
35. *Templum* IOVIS BELI.
36. *Emblema in Iul. Cæſarem.* SEMIDEUS EST.
37. *Nulla Reſpublica ſine literis felix.*
38. *Duo tempora: Pacis & Belli.*
39. *Arma aut defendunt, aut offendunt.*
40. *Princeps Rempub: Pietate, Iuſtitiâ, Fortitudine, Prudentiâ conſervare debet.*
41. *A pietate omnis felicitatis origo.*
42. *Literæ ad pietatem manuductrices.*
43. *Iacobi I. Regis Angliæ præceptum.*
44. *Iuſtitia virtus ſuum cuiq; tribuendi.*
45. *Ius executivum quiddam illius.*
46. *Iuriſprudentia quomodo hoc ſit faciendum, docet.*
47. *Princeps quaſi primum caput dicitur.*
48. *Prudentiæ effectus.*
49. *Propter breve vivendi tempus prudentia perfectè uſu ſolo acquiri non poteſt.*
50. *Principes Illuſtres appellantur, quod Prudentiâ ſuâ Orbem illuſtrant.*
51. *Prudentia Oculus* REIPUB:
52. *Viſus externorum ſenſuum præſtantiſſimus.*
53. *Cæcus de Colore judicare non poteſt.*
54. *Princeps prudentiâ carens cæco miſerior.*

55. T. Manlius propter cœcitatem, Imperium ſibi delatum recuſavit.
56. In Conſilijs maxima vis Reipub:
57. Principi qui bona Conſilia non intelligit, fruſtrà dantur conſilia.
58. Libri optimi Conſiliarij.
59. Nil ſub ſole novum.
60. Principis imprudentiâ plures læduntur.
61. Officia Prudentiæ.
62. Felicitas Reipub: in ipſo Principe conſiſtit.
63. Principi prodeſt, majorum ſuorum exempla ante oculos habere.
64. Ex literarum monumentis antiquorum res geſtas cognoſcimus.
65. Mytilenæi hoſtes victos hac pœnâ multârunt, ne liberos ſuos literis erudirent.
66. Prudentia militaris ex libris optimè diſcitur.
67. Alfonſi Regis Aragoniæ dictum.
68. Optimi Conſiliarij Mortui.
69. Alex. Magni ſtudium in literis.
70. Carol. V. delectatur Mathematico & hiſtorico ſtudio.
71. Ferdinandus Imp: Officia Cic: familiariſſimè nota habuit.
72. Literæ ex obſcuris Nobiles reddunt.

73. Themi-

Digitized by Google

73. *Themiſtocles excitatur Milthiadis tropaeo.*
74. *Iul. Cæſar lacrumatur inſpectis in tabulâ rebus geſtis Alex: M.*
75. *Literæ conſervant Rempub:*
76. *Scipio cùm Cenſor eſſet, noluit precari, ut augeretur Reſpublica, ſed ut conſervaretur.*
77. *Regnum ijs artibus, quibus partum eſt, conſervatur.*
78. *Turcæ res partas maximè conſervare ſtudent.*
79. *Maximil. I. Imp: dictum de conſervando Imperio.*
80. *Bellum ſine legibus belluinum.*
81. *Legum effecta.*
82. *Conſilium pars potiſſima in bello.*
83. *Conſilium bellicum duplex.*
84. *Strategematibus Duces belli plus, quam Vi efficiunt.*
85. *Henr. Ranzovij tractatus bellicus.*
86. *Cur Imperator reliquis militibus prudentior eſſe debeat.*
87. *Fortis ſit.*
88. *Temperans, Iuſtus, Eloquens.*
89. *Scipio Minor eloquentiâ ſuâ milites ad veterem Rom: diſciplinam revocavit.*
90. *Effecta Eloquentiæ.*

91. *Duces ante prælium milites Oratione animare ſolent.*
92. *Ad arces muniendas architectonicâ opus eſt Duci.*
93. *Iul. Cæſar architectonicæ peritus.*
94. *Dux exercitum ſanum conſervare debet.*
95. *Literis eruditus Dux, bonus Imperator eſſe poteſt.*
96. *Lucullus ex Xenophontis lectione in expeditionis itinere, bonus Imperator evaſit.*
97. *Themiſtoclem Eruditio & de Xerxe victoria celebrem fecit.*
98. *Brutus præcedente nocte mortem ſuam, Plat. Dialogum de immortalitate animæ aliquoties legit.*
99. *Caroli Magni in literis & armis commendatio. Ludovici II. Friderici II. Ottonis I. & II.*
100. *Caroli IV. aurea bulla.*
101. *Fridericus II. vel ut alij volunt, I. Studioſis privilegia indulſit.*
102. *Max. I. laus. Carol. V. ſtudia. Max: II.*
103. *Alfonſi Aragonum Regis dictum.*
104. *Franciſci I. Galliarum Regis erga literas amor.*
105. *Stephanus Bathoreus Rex Poloniæ.*
106. *Iacob. I. Angliæ Rex.*
107. *Eliſabetha Angliæ Regina.*

108. *Illuſtriſſimæ domûs Brandeburgicæ Electorum ſeries & laus.*
109. *Fridericus I. primus Marchio Brandeburgenſis & Elector.*
110. *Fridericus II. 2. Elector, cum ferreis dentibus. titulos & Inſignia Pomeraniæ, Stetini, Caſſub. & Vandal. primus uſurpavit.*
111. *Albertus I. Elector 3. Achilles Germanicus cogn. decies & ſepties in certamine victor evaſit.*
112. *Iohan. III. Elector 4. Cicero Germanicus, motûs inter tres Reges magnos compoſuit.*
113. *Ioach. I. Elector 5. Neſtor Germanicus, cum fratre Alberto Archiepiſcopo Moguntino Electore, Academiam Francof. ad Oder. fundavit.*
114. *Ioach. II. Elector 6. à Carolo V. Eques auratus creatus. Primus Crosnæ in Sileſiâ Ducem ſe ſcripſit.*
115. *Ioan-Georgius. Elector 7.*
116. *Ioach. Friderici Electoris 8. Elogium.*
117. *Fridericus III. Sapiens cogn. Dux Sax: Elector.*
118. *Ioan. Fridericus II. Dux Sax.*
119. *Auguſtus Elector Sax.*
120. *Ludovicus Landgravius Haſſiæ.*
121. *Gulielmus Landgravius Haſ. Inſignis Mathemat.*

122. *Mauritij Landgr. moderni Haſſiæ encomium.*
123. Henr. Iul. Dux Brunſvicenſis.
124. *Max. Imp. de Eberhardo cogn. Barbato, Duce VVirtemb. elogium.*
125. *Chriſtophorus Dux VVirtenbergicus.*
126. *Ludovicus Filius ejus:*
127. Fridericus IV. Lignicenſis & Bregenſis Dux.
128. Georgius II. Lign. & Breg: Dux.
129. Georgius Dux Anhaltinorum & Principis prudentiſſimi, et Eccleſiaſtæ doctiſſimi partes obit.
130. Illuſt. & Generoſus Dominus, Dn. KAROL. Senior L. Baro de ZEROTIN, &c. Promarchio MORAVIÆ, &c.
131. Generoſus Dominus ANDREAS L. Baro de KOCHTITZ & LUBLINIECZ &c.
132. Ptolemæi Philadelphi erga 70. interpretes liberalitas.
133. Alexander M. Ariſtoteli donat octingenta talenta. Idem propter ſuam imaginem depictam Apelli donat 20. talenta aureor.
134. Munificentia Ludovici XI. Regis Galliæ.
135. Honos alit artes.
136. Armis regna defenduntur.
137. Honor propriè arti militari tribuitur, Laus ſcientijs.

138. Bonâ

138. *Bonâ Famâ & honore in vitâ nil melius.*
139. *Literæ tantùm ſuum poſſeſſorem beant.*
140. *Effecta artis militaris.*
141. *Lycurgus leges ſuas ad artem militarem direxit.*
142. DEUS *arma ſumere jubet.*
143. *Ars militaris cumulus Virtutum.*
144. *Horatius Cocles Unus ſe toti exercitui oppoſuit.*
145. *Q. Cotij Magnanimitas.*
146. *Leonidas Spartanus, cum 300. militibus, Xerxis exercitum per triduum ſuſtinuit.*
147. *Olim fortibus Diadema Imperatorium deferebatur.*
148. *Principes terræ parte olim, quam belli fortitudine tueri poſſent, donabantur.*
149. *Et milites fortes ſcuto frameaq́ʒ.*
150. *Alemanni, quaſi* Allein Mann / *vel* Allen Manns gnug.
151. *In Germaniæ primum Ferri fodinæ inventæ. Enſis primùm in Norico fabricatus.*
152. *Alexander M. à Darij conjuge ſe continuit.*
153. *Spurina Ethruſcus faciem ſuam fœdat.*
154. *Valentiniani Imp: dictum egregium.*
155. *Scipionis Continentia.*
156. *Cavillum in Cæſaris Sobrietatem.*
157. *Liberalitate Dux milites ſibi obſequentiores reddit.*

158. *Ulp.*

158. *Vlp. Trajanus Cæſar 5000. Ingenuorum liberorum ſuſtentat.*
159. *Stultum eſt velle magnificum videri, cui facultas deeſt.*
160. *Magno animo nihil magnum.*
161. *Marcellus templum Honoris Romæ conſtruxit.*
162. *Q. Curtius, & Scævola pro patriæ ſalute fortes.*
163. *Callicratis Magnanimitas.*
164. *Item Pori Regis Indorum.*
165. *Ioan. Friderici Electoris Sax.*
166. *Ira Conſilijs inimica.*
167. *Alex. Magnus iratus Lyſimachum leonibus objesit.*
168. *Clitum haſta perfodit.*
169. *Caliſthenem occidi juſſit.*
170. *Ira Cos fortitudinis.*
171. *Ars militaris Penu quoddam, ex quo honores promuntur.*
172. *Poëtæ armatos* DEOS DEAS*q́; finxerunt.*
173. *Inter arma ſilent leges.*
174. *Demetrio Phalereo Athenienſes 360. ſtatuas æreas poſuerunt.*
175. *Sicinij Dentati Fortitudo.*
176. *Principum filij ad arma nati videntur.*

177. Hen-

177. *Henricus III. Imp. bis & ſexagies Victor ex pugnis evaſit.*
178. *Boleſlaus III. Crivouſtus Rex Polon. 50. pugnavit, victoriam ſemper obtinuit.*
179. *Alberti VI. March. Brand. Aſclepiadis Germanici elogium.*
180. *Armis Principes gloriam æternam conſequuntur.*
181. *Arma Ducum, Comitum, Baronum, Nobilium ſunt dona militaria & ſigna bellicæ fortitudinis.*
182. *Romani in literis & armis ſuos liberos inſtituerunt.*
183. *Principes juſta bella ſuſcipere debent.*
184. *Iuſtum bellum pro ſervandâ Majeſtate & juſtitiâ.*
185. *Iuſtum eſt bellum, quod* DEUS *ipſe imperat.*
186. *Principes Conſilio priùs, quàm armis experiri debent.*
187. *Principi temerè agere, eſt turpe.*
188. *Belli finis Pax.*
189. *Bella non eodem modo finiuntur, quo ſuſcipiuntur.*
190. *Romani non facilè ad arma proſiluerunt.*
191. *Prudentia Conſilij mater.*

192. C. *Valer. Licinius literas peſtem Reip: nominavit.*

193. *Ex libris arma, & armorum jura diſcuntur.*

194. *Non ſemper* MILITEMUS, *potiùs* LABOREMUS.

195. *Cur Principes pacem colere debent.*

196. *Bella ſunt pœna peccati.*

197. *Pharmaca crebrò ſumta, nocent.*

198. *Nullum regnum ſtabile, quod violentum.*

199. *Cur literæ cum armis conjungendæ.*

200. *Literarum uſus amplior, frequentior, tutior.*

201. *Armorum rarior, periculoſior.*

202. *Pallas cur armata.*

203. *Felix Curia in quâ Palladium.*

204. *Troja, niſi prius ablato Palladis Simulachro, capi non potuit.*

205. *Votum.*

DISCUR-

DISCURSUS
POLITICUS,
De Literis & Armis.

SApienti DEI OPT. MAX. conſilio, Res in Theatro hoc ampliſſimo Vniverſitatis ita diſpoſitæ ſunt; ut, quæ inter ſe maximè diſſentire videntur, ſuavi conſenſu & harmoniâ ſic temperari, ac vinculo quodam arctiſſimo connecti animadvertamus, alterumque ſine alterius interitu conſtare, aut conſervari vix poſſit; quod vel in ipsâ Cœli Sphæra, nec nõ humani corporis fabricâ, aliisque rebus creatis facilè apparet. † Primum enim Mobile, 13
ſecundùm Aſtrologos, contrario motu ſemper fertur: non minùs tamen illud reliquos orbes ſecum rapere, & circumagere, ſenſu quodammodo percipimus. Quid verò animâ noſtrâ præſtantius, aut divinius? quid corpore

humano tardius, imò abjectius? ita tamen Architecti ſupremi ſapientiâ divinâ conſtitutum eſſe videmus; ut corpus cum animâ non modò uniatur,
2. ſtante cujuſque ſalvâ qualitate; † ſed corpus ſine illius adjumento, labi & interire neceſſe ſit. Sic membra in humano corpore, & fine, & formâ, uſuque ipſo diverſa cernimus: Officijs ta-
3. men adeò conjuncta, vt quod † MENS tanquam Regina imperat; id CORPUS & membra concinnâ quadam obſequelâ, promptè & alacriter exſequâtur: quæ per ſe ne moverentur quidem, niſi Mens pars illa divinior, & Imperatrix actionum honeſtarum, motus cauſſa eſſet vel exiſteret.

4. † In Elementis id quoque apparet, quæ licet inter ſe diſſideant: tamen in producendis, aut gignendis rebus, ita temperari ea, atque conſociari conſtat; ut nullam rem in hoc Naturæ theatro videas, quæ ex his non ſit compoſita. Non tamen id negaverim, aliud alio, in corpore producto, vel re ex his conſtante

ſtante, quaſi dominatum, & potiores partes obtinere. † Vnde, ut in corporibus noſtris humorum non varietas ſolùm admirabilis, ſed & adverſitas eſt: ſic etiam ingeniorum tantam, quantam facierum diverſitatem animadvertere quiſque poterit. 5.

Reperias enim alios quietos & pacificos, qui lites & rixas, non ſolùm deteſtentur: ſed cauſas earum, quoquo poſſunt modo, fugiant & averſentur. Invenias alios; qui vultu, voce, geſtu, & omnibus ſuis actionibus, arma & bella minentur: quibus nihil jocundum, niſi idem cruentum; nihil pulchrum, niſi ſanguine fœdatum. Sunt alij ingenio acuto, ſubtili præditi: ſunt contrà ſtupidi, tardi, & nullo judicio præſtantes. Sunt alij leves, perfidi; ſunt contrà in verbis & actionibus conſtantes. Sunt mites & placidi: ſunt feroces & moroſi. Sunt ocioſi & pigri: ſunt alacres & laborum patientiſſimi: ſunt timidi; ſunt audaces. Videbis alios ſervili ingenio: alios liberali: & quis o-

mnium qualitates & ingenia, adeò exquiſitè cognoſcere & deſcribere poſſit, in tantâ varietate & multitudine hominum? † Inprimis autem hodiè invenias plurimos, qui tempori ſervientes, conſilia que & actiones ſuas, pro re natâ ad hominum captum & mores aptantes, Literarũ ſtudia, contemnant; nulliusque momenti vel ponderis ea eſſe, impudenter clamitent; imò ſi quem Principum, aut Ducum belli, LITERIS eruditum videant; mox ad Scholas, & cocioſam illã vitam amandare haud erubeſcant: Inque ARMIS ſolum decus, ac ſplendorem, imò Principum Majeſtatem conſiſtere affirment: eâ, credo, ratione ducti; quòd cùm per annos quàm plurimos in Belgio, Vngariâ, & nunc in vicinis Regionibus Martis ferveat opus, & ubiq; plurima Mortis imago; Muſis nullus honos ſit habitus; armorumq; major uſus, quàm literarum fuerit: quodque apud ſe proculdubio illud cogitent?

Temporibus

Temporibus ſervit prudens, mutatq́ſubinde
Mores, præſenti pro ratione ſuos.
Miles erit, cives ſi tempus ad arma vocabit:
Geſtiet his poſitis ſumere pace togam.

Nec ineptè quidem. Nam, ut gubernatoris eſt, omni ventorum mutationi ſe accommodare: ita viri ſapientis eſt, omni fortunæ ſe præparare.

† Cùm igitur prudentis ſit, ex re 7.
Conſilium captare: ac pro temporis, reique ratione illud mutare: meritò tales laudandi, qui non ex unius voluntate, vitæ curſum eò dirigunt, ut iiſdem tantùm veſtigijs inhærentes, aliud magis honeſtum & decorum, ſæpè utile ſectari non debeant: & quaſi Opinionis mancipia, ex aliorum tantùm voluntate pendére velint; quin potiùs in animum ſuum inducant oportet; *Sapientis eſſe proprium, omnia ad* Cic.
ſuum arbitrium referre, ſuis ſtare conſilijs: cùm tamen & illud verum ſit: † *Qui* 8.
paucorum ſimilis eſſe vult, multis fit invi-ſus. Vnde & Horatius diverſitatem hanc notans, dicit:

Oderunt hilarem triſtes, triſtemq́ jocoſi,
Sedatum celeres, agilem navumq́ remiſſi:
Potores bibuli mediâ de nocte Falerni,
Oderunt porrecta negantem pocula, quãvis
Nocturnos jures, te formidare vapores.

Atque ut hos laude dignos cenſeo, qui & temporibus ſervire; & obſequio (modò non turpi) hominum animos ſibi devincire, inq; ſuos usûs convertere ſciunt:
9. † Ita eos meritò reprehendendos duco, qui omnia & omnes, ex ſuo ingenio, profeſſione, ac vitæ genere metiuntur, & judicant; nihilque rectum, nihil honeſtum, & utile ducunt, niſi quod ijs videtur tale eſſe: cùm hi longè à ſcopo aberrent, maximeq́ue
10. fallantur. Nam vt † cuique à Naturâ dotes ingenij ſunt conceſſæ; utq; quis ab arte & literis edoctus fuerit: ita quoque præ reliquis ſapit. *Imperito autem homine nihil injuſtius, nihil pejus.* Quodq́ue tibi rectum & bonum Ratio oſtedit: id Opinio iniquum & malum eſſe
11. alteri ſuadet, & contrà. † Sapienti autem, certa & vera ſemper concludenti,

enti, ſupponi nihil poteſt alienum à
ectâ ratione, alienum â Naturæ & re-
um curſu. Cognoſcit enim Neceſſa-
ia, diſcernit Contingentia, Incerta pro
ertis non amplectitur, ex præteritis &
præſentibus futura colligit; ea deniq;
git, quæ non à vulgo imperitorum,
ed ab omnibus bonis approbari poſ-
ſunt & debent. Ego ſanè, cùm voces
iſtas crebriùs audiverim, Principibus,
maximè belli Ducibus, non tàm litera-
rum adminiculo, quàm fortitudine
bellicâ & armis, ad honores conſe-
quendos opus eſſe; iniquas, & parùm
prudenter jactatas exiſtimavi: quin
potiùs in animum induxi meum, hac
brevi diſſertatione demonſtrare; Lite-
rarum ſcientiam, cum Armorum exer-
citio Principi conjungendam, & ne-
ceſſariò amplectendam eſſe: quòd al-
terum absque alterius ope neutiquam,
aut ægrè conſiſtere poſſit.

Sed quoniam in partem utramque
non tàm plauſibiles rationes; quàm
vera & firmiſſima argumenta afferri

poſſunt; ea paulò altiùs repetendo ponam; non quidem propterea, quòd te ILLUSTRISSE PRINCEPS ea ignorare præſumam, quandoquidem tuum ſingulare ſtudium in LITERIS & ARMIS, non ſolùm patria noſtra Sileſia, in te admiretur: verùm remotæ quoque Regiones famâ nominis tui celebris eò pertingente, ſummis laudibus & Encomijs exornent: † Sed vt eorum opinionem infringam, ſi non penitùs amoveam; qui tantùm ARMA ARMA crepant, & ſtrepunt; manusq́ue Principum gladijs, ac ſagittis armatas, omniq́ue telorum genere refertas eſſe volunt: ſecuri omninò, quâ arte Arma tractanda, in quem, quomodo, & quādo ſtringenda. Priùs autem literatorum calamum mollem, tanquam velitem prælio præmittam; quàm Armigerorum tela dura, & aſpera in pugnā educam. Deinde ſententiam veram pro rei Argumento & veritate, ac dignitate ex tenuitate ingenij promam.

12.

Cùm in vitâ communi plerumque, at ex

ex prudentiæ ſcito, ſic homines facere videamus: † vt omnium actionum ſuarum finem, propter quem agunt, ſibi proponere ſoleant; tùm, quibus medijs, eundem adſequi poſſint, ſedulò conſiderent: ante omnia, ad finem, qui eſt FELICITAS, ſive ſummum Bonum, ad quod Literati (& Principes in Republicâ) collimant, reſpiciendum cenſeo; ut, cùm viderimus, quo in gradu perfectionis literæ ſint, eò firmius & certius, in contrariam partem, feratur judicium. 13

† Hominem igitur præter facultates cæteras, quæ ipſi cum reliquis brutis animantibus communes ſunt, INTELLECTU à DEO OPT. MAX. præditum eſſe, nemo niſi brutum animal negaverit: quo ſolus cæteris antecellit animantibus, cujusque operâ res incorporeas, & ab omni materiâ ſegregatas, notiones, atque formas apprehendit: quo mediante, homo ex virtutum normâ actiones ſuas exercens, tandem ad felicitatem ſive Sum- 14

mum Bonum pervenit, illoque ſummo gaudio frui poteſt. † In iſto humano Intellectu duæ ſunt facultates Principales: Altera, quam ſpeculativum habitum Philoſophi appellant: altera, quam Practicum nominant. Illius objectum eſt VERITAS: hujus verò BONUM, quod in operationibus hominis conſiſtit. Atque his duabus facultatibus Homo, quicquid in hoc Vniverſo mundi Theatro eſt, comprehendit. Si autem res in eo exiſtentes rectè perpenderimus, inveniemus eas in duplici ſtatu eſſe.

15.

16. † Quædam DEI & Naturæ ſunt opera: quædam Actiones humanæ, vel quæ ab hominibus proficiſcuntur. Opera Naturæ & DEI, SAPIENTIA,
17. † quæ eſt Habitus Speculativus, puriſſimas rerum formas, abſtractas ab omni materiâ, ſemperque & æternùm eodem in Statu (cùm materiæ viciſſitudinibus non ſint obnoxiæ) permanentes, DEUM videlicet ipſum, Angelos, animam hominis, ſuaviter contemplatur:

emplatur: Item Cœlos, Elementa. Harum cognitio dicitur Scientia Naturalis. † Habitus autem Practicus, aliud non eſt, quàm Noticia earum omnium rerum, quarum Homo Ipſe eſt principium & origo. Hunc quoque Philoſophi duplicem conſtituunt. Alius enim eſt Activus; alius Factivus. Ille eſt firma & certa cognitio earum rerum, quæ ad optimum ſtatum & adminiſtrationem domûs vel Reipublicæ pertinent; vocatur etiam Prudentia Politica. Factivus verò dicitur ARS, quæ itidem duplex. Alia enim eſt Mechanica & illiberalis: alia Liberalis. Illa tantùm uſui quotidiano, & rebus vitæ neceſſarijs deſervit: Hæc hominis ingenium excolit. 18.

† ARTI verò MILITARI Philoſophus inter liberales, principalem locum tribuit; quòd illa quoque easdem conditiones habeat, quæ ad artem cõſtituendam requiruntur. Subjecta materia eſt Pugna; Inſtrumentum, Arma; Finis, Victoria. Cauſæ ſunt variæ. Et ſanè, 19.

nè, cùm homines propterea agant & faciant, ut, quantò perfectiores ex actionibus ſuis, vel contemplationibus evadant: tantò propiùs ad Felicitatem accedant, quam adſequi conantur: abſque omni dubio, Perfectio illa excellentior, illuſtrior, nec non majore laude vel honore dignior erit, quæ ſine omni negocio Hominem Felicem vel Beatum reddere poteſt.

20. † Literas verò & habitûs Speculativos, majorem partem Felicitatis ſibi vendicare, nemo, niſi omninò rationis ſanæ expers, negaverit: quandoquidem Literarum beneficio & adjumento, homines non modò Nobiliſſimam & Divinorem partem excolant, eamque à terrenis ſordibus ad puram Cœleſtium rerum cognitionem deducant; Sed etiam ad DEUM proximè accedant.

Quod ſi id quoq; verum eſt, de quo dubitare nemo debet, imò omnium Sapientum calculo confirmatur: quòd rerum creatarum illa ſit perfectior,

alijſque

alijſque longè anteponenda, quæ 21.
ropiùs Bonitati divinæ accedit: cujus-
que ſit magis particeps: Quis homi-
nem Literis & ſapientiâ inſtructum,
militi; nil præter tela vibrare ſcienti,
non ſolùm bonitate anteferendum: ſed
dignitate quoque ſuperiorem eſſe du-
bitaverit?

Quod ſi ad ſtabiliendam hanc no-
ſtram ſententiam, nulla alia argumen-
ta ſufficerent: vel hoc unicum inſtar
omnium eſt; quòd ſapientiæ ſtudijs
exculti, propiùs ad DEI Majeſtatem, &
cœleſtem vitam colliment. † Nam 22.
DEUS etſi ſemper agat; non tamen agit
ſecundùm virtutes morales, cùm in
Deum nullæ affectiones cadant; neq;
eum deliberare, conſultare, eligere ve-
riſimile eſt, cùm ei † omnia ſint præ- 23.
ſentia, certa, ſelecta. Cumquè eum
agere dico, id intelligo, cu[illegible] ſeipſum,
& in ſe omnia intuetur & contempla-
tur.

Qui igitur humanis & mortalibus,
humana & mortalia, curanda & di-
ſcenda

ſcenda relinquentes, mentem ſuam altiùs adtollunt, eaque vivere cupiunt; non immeritò cœleſtem naturam aſſumpſiſſe videntur: qui cum DEO, authore ſapientiæ, idem ſtudium ſectari nituntur, (quanquam hominis ad DEUM nulla collatio propria) & ad ejus Majeſtatem divinam propiùs accedere conantur: ij ab eo quoq; amantiſſimè
Ariſtot. ſuſcipiuntur, & paternè ſuſcepti, amātur.
Eth.10. Confirmat id Ariſtot. 10. Eth: vbi
cap.8. dicit: *Qui mentem ſuam in contemplatione occupant, ſeq; ſtudijs literarum totos tradunt; plùs quàm alij, à* DEO *amantur*: quandoquidem partem illam animæ,
24. † præ cæteris expoliunt, quæ ſimilitudinem quandam habet cum rebus divinis. Vnde DEUS ſapientia ipſa, talibus gratiam ſuam, & lumen menti eorum infundit, ut propiùs ad veritatis, & ſui agnitionem accedere; eaque firmiùs apprehensâ, ſummo gaudio, & beatitudine illâ, ac felicitate hîc quidem in hac vitâ, quaſi inchoantes, in illâ autem beatâ & æternâ perfectè frui poſſint.

poſſint. Atque in alio loco Metaphyſicam laudans, dicit: eam eſſe dignam ſummo honore, quamvis ad vitam communem nihil conferat utilitatis: quòd Intellectum noſtrum, à terrenis & caducis rebus, ad cœleſtia & firma elevet: & ad cognitionem rerum ſublimium & divinarum evehat: quo ſenſu & illud dictum; Sapiens dominabitur aſtris.

† Sapientia enim eſt illa cathena, 25.
quæ mentem noſtram & Intellectum, cum rebus divinis quodammodo conſtringit, quæ ſe ipsâ contenta, & à vulgi opinione, ac fragilitate humanâ procul remota, beatiſſimam Poſſeſſori, & jucundiſſimam vitam reddit. Hinc & 26.
Seneca. † *Talis eſt animus Sapientis, qualis mundi ſtatus ſupra Lunam,* SEMPER IBI SERENUM. alio in loco. *Sapiētia altiùs ſedet, nec manus edocet, animorũ magiſtra eſt &c.* Et pòſt: *Artificem vitæ vides, alias quidem artes ſub dominio habet. Nam cui vita, illi quoque ornamenta ſerviunt. Cæterùm ad beatum tendit, illò ducit,* Ep. 60.

cit, illò vias aperit: &c. In hanc quoque ſententiam Cic. 2. off. *Quid eſt per* DEOS *immortales optabilius ſapientiâ? quid præſtantius? quid homine dignius? Hanc qui expetunt, igitur Philoſophi nominantur; Nec quicquam aliud eſt Philoſophia, ſi interpretari velis, quam ſtudium Sapientiæ. Sapientia autem eſt (ut à veteribus Philoſophis definitur) rerum divinarum & humanarum, cauſſarumque, quibus hæ res continentur, ſcientia: cujus ſtudium qui vituperat, haud ſanè intelligo, quid nam ſit, quod laudandum putet.* hæc quoniam nos in cognitionem rerum divinarum & humanarum deducit, animum trãquillum reddit, ſummoq; gaudio per-
27. fundit. † Quodque inter Senſus Viſus: inter Stellas, Sol: in Animâ Mens: hoc quoque inter virtutes SAPIENTIA.

Ac proinde cùm hac Duce, homines Felicitatem aſſequantur, ut Summum Bonum; quis doctos alijs præſtantiores & digniores non æſtimet? qui Corporis tantùm viribus freti, nihil agere videntur

dentur aliud, quàm quod à Domino, eſt, pravâ ſæpe voluntate imperatum ſit? quod conſequendæ Felicitati tantùm abeſt, vt ſerviat: vt etiam ipſi contrarium cenſeatur! Quis enim adeò alienus à ratione? ut divinis & æternis, temporalia & caduca; Spiritualibus, Corporalia: Immortalibus, mortalia: Summa & præſtantiſſima, infimis & abjectiſſimis præponere in animum inducat ſuum? Quis facultates animæ, cum viribus corporis confundere? quis ſervum Domino præferre, & vt in proverbio dicitur, quis Elephantem cum muſcâ commutare velit? Nonne Corporis Domina & Moderatrix Anima eſt? Nonne quamdiù Anima in corpore eſt; tam diù quoque corpus ſalvum & incolume conſervatur? quâ recedente aut evolante ex corpore, ipſum quoq; corpus corrumpi & putreſieri neceſſe eſt?

Atque cùm hæc ita ſe habeant; quis † Animam Corpore præſtantiorem, 28.
ejusque facultates, viribus hujus longè an-

gè anteponendas negabit? Rectè itaque ille concludit Philoſophus, qui
Mercur. Triſmeg. ait: † *Solum hominem animo vivere & ingenio: cætera verò bruta animalia, corpo-*
29. *re & ſenſibus: ut quò magis animus à Corpore ad mentem revocetur, eò vita hominis ſit divinior, atq; vitalior.* Et alibi: *Finis hominis mente vivere, mentis vita,* DEUS.

30. † Quantò igitur majora ſunt opera animi, quàm corporis: & quò graviores, ac excellentiores ſunt eæ res, quas perſequimur Ingenio ac RATIONE, quàm hæ, quas coporis viribus perficimus: tantò quoq; præſtantiores ij cenſendi ſunt optimo jure, qui literis operam navantes, præſertim PRINCIPES, humanum genus univerſum non modò juvant: ſed alijs quoque felicitatem illam conſequendi, ſuo exemplo viam aperiunt, ac demonſtrant.

Vt igitur abſurdum mihi videtur, ſi id, quod præſtantiſſimum informat, & ad perfectionem perducit, eo, quod imbecillius & deterius dirigit, & gubernat, viliori loco haberi deberet: Ita

ſi Li-

Literæ, † quæ animum in veritatis cognitione, & jucundiſſimâ rerum omnium contemplatione perficiunt, Armis, quæ tantùm Corpus exercent, poſtponi deberent; non ſolùm inconveniens, ſed planè contra omnem rationem exiſtimo, 31.

† Cumque anima noſtra, divina & immortalis ſit, & appelletur, non propter aliam cauſam: quàm, quòd ſuas operationes à Corpore ſeiunctas habeat; id quod animadvertere eſt, quòd facultates volendi & intelligendi, operari poſſint, abſque organis corporis: cùm ea & meditentur & velint, quæ corpori maximè adverſentur. Operationes verò literatorum, in totum extra corporis vires ſint poſitæ: neque ullum commercium cum corpore habent: ſequetur profectò eos quoq; divinum quid habere, & meritò ijs anteferri, qui corpore tantùm actiones ſuas abſolvunt, & ejus partibus vel membris perficiunt; quibus mutilatis, vel abſciſsis, eorum quoque actiones 32.

nes ceſſare neceſſe eſt.

Hinc non ineptè adduci poſſun exempla quædam eorum, qui propter ſolam literarum excellentiam olim
33. pro Dijs habiti fuêre. † Lyſanias Arcas Nobiliſſimus, in literis & ſcientijs eruditiſſimus, cū Athenas perveniſſet, ac Orationis ſuavitate doctrinam ſuam profeſſus eſſet: tantam ſibi autoritatem comparavit; ut homines tunc rudes & inculti, eum vehementer admirarentur, ſtuporeque quodam perculſi, non ſolùm Regem eum ſibi conſtituerint; ſed quoque divinis honoribus affecerint; temploque ei exſtructo, pro DEO adorârint, fuitque is primus Iupiter ab eis appellatus.

34. † Apis Niobes filius, regno Argivorum Ægialeo fratri permiſſo, in Ægyptum profectus, literarum & ſcientiarum adminiculo, eò evaſit autoritatis; ut non tantùm Rex eſſet ſalutatus: ſed divino quoque cultu exceptus: ac publico edicto pœna capitalis ijs fuit ſancita, qui eum Hominem mortalem appellare

Natal. Cō. Mythol. Lib. 6. c. 3.

ellare auſi fuiſſent. Sic Belo (primo inventori Aſtronomiæ) Ægyptij ſuperſtitioſi templum extruxerunt, illudq́; templum † Iovis Beli appellarunt. 35. Sic Romani plurimos in cœlicolarum numerum collocârunt.
† Iulio Cæſari, cum Pompejum in 36. Pharſalicis campis viciſſet, inter alios honores à Senatu ei decretos, hic fuit: quòd currus ipſi adverſum Iovem ſpectans in Capitolio collocaretur: Ipſe quoque ſuper orbis terrarum imaginem poſitus, conſtitutus eſt, cum Inſcriptione. Semideus Est. Et vt Camerarius habet: in heroicis Symbolis Gab. Simeon: depingitur ſtans ſuper globum mundi, ſiniſtrâ tenens librum, dextrâ gladium, cum Inſcriptione. Ex Vtroque Cæsar. Quâ picturâ demonſtratur, Literis videlicet & armis, Cæſarem imperium acquiſiviſſe, & acquiſitum conſervâſſe. *in Subciſ. hor. cent. 1. c. 2.*

Si jam neceſſitatem literarum conſideremus, reperiemus profectò tantam eſſe; ut quemadmodum homo

abſque

abſque cibo & potu vitam producere ut Corpus ſine animâ nullo modo conſtare poteſt: Ita quoque Orbem terra-
37. rum, nedum Reſpub. † ſine Literarum ſtudijs felices & ſalvas diu ſtare
38. poſſe non immeritò negamus. † Nam, cùm duo temporũ genera ſint: Alterũ *Pacis*; alterum *Belli*; illud ſemper optabile, hoc nunquam: Neceſſarium tamen interdum: Videamus quæſo, qualem nobis Rempublicam ij conſtitutam relinquere poterint? qui exploſis literis, ex foro, Curiâ, ejusque partibus ſingulis, ſolo armorum & tubarum clangore, & ſtrepitu telorum, omnia implere, ſubſelliaque Senatoria occu-
39. pare armati conantur? † Tela enim & arma, cùm in eum finem fabricentur & geſtentur, vt defendant, aut offendant: quis meritò ab ijs non abhorreſcat, eaque ſummè deteſtetur, cùm in Curiâ lites componi ex legum & Iuſtitiæ normâ debeant; eas tamen
40. vi, & armis dirimi videat? † Princeps autem, cùm Rempub. Pietate, Iuſticiâ

ſtitiâ, Fortitudine, maximè verò Prudentiâ conſervare debeat, quarum omnium prima quaſi ſemina in literarum monumentis latent; quomodo ſalutaris & bonus exiſtet, qui literis animum non excoluerit? quandoquidẽ ex ijs, harum virtutum præcepta haurire poterit. Atq; vt pacatum & tranquillum Reipub. ſtatum primò perpendamus.

PIETATE, tanquam virtutum omnium DUCE, Principi nihil debet eſſe prius, nec poſterius, à qua † nempe omnis felicitatis ſcaturigo; Sola enim hominibus viam ad Felicitatem oſtendit; Sola ſe ijs Ducem præbet, vt eam ſequentes, à rectâ & regiâ viâ ſalutis minimè abberrare poſſint. In hanc ſententiam *Iamblichus* ait myſter. c. 45. *Incipiamus ab optimo, precioſiſſimoq;: Pietas colenda eſt. Pietas autem* DEI *cultus. Et alio in loco. Suſpicaris,* inquit, *viam aliquam fortè eſſe, quâ ad felicitatem eatur, aliam quàm Pietatem? & quæ ſit, aut eſſe poſſit illa, rogas? Sed profectò, ſi in Dijs eſſentia,*

41.

Philip. Mornæus c. 20. d. verit. Religionis.

ſentia, & prima vis omnis boni ſita eſt; bea-ti illi tantùm, qui (quod nos fecimus) ſeſ-totos adjunxerint Deo, & conſecrarint. Ad-juncta eſt enim huic ſtatui & condition-contemplatio, & abſoluta ſcientia, & præ-ter Deorum cognitionem, ſui ipſius cognitio-quæ reflexione mentis in ſeipſam, acquiri-tur. Hæc ille. Ex quibus colligitur; Non tantùm pietatem neceſſariò colēdam ſed ea quoq; amplectenda, quæ pieta-
42. tis sũt quaſi Magiſtri loco. † Literas au-tem nos ad pietatem quaſi manuduce-re, nemo audebit negare: quandoqui-dem Deus in verbo ſuo ſe nobis pate-fecit, eumque vt ſe patefecit, agnoſci-
Ioh. 5. mus, colimus & veneramur. Quid:
Iac. Rex quod Salvator nos Scripturas ſcrutari
Angl. in jubet: quæ de ſe loquantur? † Atque
Regio vt hic regijs verbis, de Regina virtu-
dono. tũm loquar: *Principem his diſciplinis im-*
43. *bui oportet, ut Deum illum & ſcire, & co-lere addiſcat, cui duplici nomine obſtrictu-tenetur, primò quòd ſe Hominem crearerit-tùm, quòd* SEMI DEUM *tribunali ſuo in-ſidentem, alijsq; præſidentem Dominato-*

rem

rem ſibimet ipſi ſe ſurrogârit. Eæ ſunt PIETAS & IUSTITIA. *Ex verâ enim Dei cognitione, & timore omnia eluceſcunt, quæ ad muneris ſui executionem ſpectare videntur. Via verò illa, quâ ad cognitionem perducantur, eſt aſſidua verbi Divini commentatio, quæ in aſſiduâ* LECTIONE *ſacrarum* LITERARUM *ſita eſt. Hæc ille.*

Cumque hanc unicam Felicitatem veram eſſe conſtet, quæ ex Pietate proficiſcitur: quis adeò alienus à Pietate erit, qui Prncipibus literas, in quibus myſteria ſalutis continentur, ex manibus excutere præſumſerit? *Et quis neſcit*, (ut Principis cujusdam ore dicam) *quantam ſacrorum ignorantiam, quantam impietatis, ſuperſtitionumq; ſentinam, & divini cultûs morumq; perniciem, continua bellorum ſeries, in vniverſas orbis partes invexerit? Aut quis ambigit, per caliginoſos hoſce anfractûs, per iſtos publicæ inſcitiæ cuniculos, Muſis, ob continua bella, ſilentibus, Dictatorem illum ac tyrannum* πτάλοφο *irrepſiſſe?* Hæc ille.

Chriſtiã Princ. Anhald in Oratione Genevæ recitatâ, de officio Principis.

Quid igitur aliud ſpectant ij, qui

Principibus literis minimè incumbendum eſſe clamitant? niſi ut Respub.& Regna, quæ Dei beneficio, & literarum præſidio florentiſſima videmus, in Barbariem quandam, & Inſcitiæ antiquum Chaos redactum iri cupiant.

44. † Iustitiam Princeps exerceat neceſſe eſt; quæ eſt Virtus ſuum cuiq;
45. tribuendi. † Ius verò executivum
46. quiddam illius. † Iurisprudentia autem docet, quomodo hoc ſit faciendum: quæ ſingula in Principe meritò refulgére debent. Iuris inprimis prudentia, utpote Cynoſura, Principum mentes ac animum dirigens, vt Iuſtiũam citra ſuæ conſcientiæ læſionem, partium, earumq; juris offenſionem, adminiſtrent, literis continetur; ut eam itaq; acquirat, nonne ipſis literis imbutum eſſe oportet? Nam cùm
47. Princeps † (qui quaſi primum Caput hominum appellatur, à quo omnia capienda) civibus jura præſcribere, leges ferre, quid cuiq; vel jure divino, naturæ

aturæ & Civili tribuendum ſit, rectè
: exactè intelligere ac ſcire debeat; ſi
tes inter cives, de bonis, eorumq; ju-
e : ſi de regno Controverſiæ incide-
nt; eas componere, publicè ſæpè jus
icere, atq; alia ſexcenta eum expedi-
e par ſit: ac ne aliqua ex parte vel er-
et, vel labatur, multisq; de ſe iniquè
idicandi occaſionem præbeat, provi-
um eſſe conveniat; † PRUDEN- 48.
IA certè inprimis eum præditum eſ-
e decet; cujus tanta vis eſt & utilitas:
t nulla pars vitæ communis, nedum
ceſpub. aut Princeps eâ carere poſſit.
Quandoquidem hac inſtructi, SEMI-
EI appellantur; quòd ejus radijs, qua-
quodam numine, omnia impleri de-
beant & illuſtrari. † Aſt illa cùm uſu 49.
& exercitatione potiſſimùm acquira-
ur: Temporis verò brevitati, vitæ no-
træ curſum, adeò Natura incluſerit; ut
deam acquirendã, & perfectè cogno
cendam, hoc quodcunq; vivimus, non
ufficiat: librorum igitur & literarum
djumento ea ſupplenda ſunt, quæ

tempore acquiri nequeunt.

At ſi quis contendat, Principes pro-
pterea ILLUSTRES appellari, quòd
belli gloriâ & honoribus fulgeāt? eum
quidem non errare dixerim, neq; illud
negaverim; propter genus & famili-
am ſuam, eos Serenos, Illuſtres, Excel-
50. ſos &c. vocari: † ſed tamen affirma-
re non dubito: propter Prudentiam,
quæ in illis elucere debet, Illuſtriſſi-
mos, Celſiſſimos, Sereniſſimos nomi-
nari Principes.

Hæc etenim radijs ſuis Orbem Ci-
vilem, non ſecus, ac Sol penetrat, vivi-
ficat, vegetat, illuſtrat; quod etiam in
in Emblematibus Politicis. Emblemate nomini tuo, Princeps Illu-
ſtriſſime, nuncupādo, inter cætera (quę
forſan brevi lucem videbunt) fuſiùs
explicui. Ac quemadmodum fieri vi-
demus; cùm Solis radij propter nu-
bium dēſitatem, & fuliginoſam illam,
& atram vaporum ex terrâ ſurſum ele-
vatorum copiam, in hunc inferiorem
orbem penetrare non poſſint: herbas,
ſegetes, aliaq; vegetabilia; Animalia

& ipſos

ipſos homines langueſcere, omniaq́; quaſi contriſtari: Sicubi Principis Prudentia, in omnes actiones ſeſe nõ trãsfuderit; maximas in Repub. tenebras, & confuſionem quandam exiſtere neceſſe eſt. Vnde autem lumen accerſendum; vnde remedia malis quærenda? ex literis. Ex ijs enim Princeps præterita cognoſcere, quæ ante nos acciderint in Rebuspub., quæ earum primordia, quibus artibus creverint, & conſervatæ fuerint, qui eventus conſilia bona vel mala ſecuti, diſcere: vnde, quid in ſua Repub: & omnibus rebus factu ſit optimum, neceſſarium, utile, honeſtum, præſenti ſtatui conſulere, futuraq́ue longè antè videre, cautiusq́; ad certum finem dirigere, omnia deniq́ue ſerena & tranquilla reddere poterit.

† PRUDENTIIA igitur non immeritò OCVLVS REIPUB: appellatur. † Quemadmodum enim inter ſenſus externos Viſus, ut ſuprà dixi, præſtantiſſimus habetur: Sic in Prin-

51. (right margin)
52. (right margin)

cipe Prudentia literis fulta, virtus præſtantiſſima & excellentiſſima cenſetur; quòd reliquæ in eâ Virtutes, hac ſolâ, tanquam fulcro firmiſſimo ſu-
53. ſtententur. † Quemadmodum autem cœcum de coloribus, qui objectum ſunt viſus, rectè judicare nō poſſe, ipſa res demonſtrat; imò, niſi rectore aliquo greſſus cœci dirigatur, eum labi, aut à viâ aberrare neceſſum eſt: ſic etiam in Repub. Principem, in errorum Labyrinthum inextricabilem devenire oportet? qui rebus omnibus, actionibus, & conſilijs, Prudentiæ lumen non præferat: quo ſi carebit;
54. † omni cæco miſerior & infelicior non immeritò reputandus erit. Cœcitas enim vnius viri, nemini, niſi eidem nocere poteſt: Principis verò, caſū & ruinam totius Reipub. ſecū involvit. Hoc lumine carens, neq; Reipub. ſibi, neq; utilia, neq; honeſta diſcernere poteſt. Imò ut cœcus alieno arbitrio regitur: Sic Principem, qui literis nō eſt imbutus, prudētiæq; ſcuto munitus; alieno

conſilio

conſilio plus, quàm proprio duci, & fortunæ adverſæ telis exponi neceſſe eſt: quandoquidem, quid ſibi ſequendum fugiendúmve ſit, per ſe dijudicare nequit.

† T. Manlium Torquatum, cùm 55.
Conſul declaratus fuiſſet, excusâſſe imbecillitatem oculorum, Imperiumque ſibi delatum detrectâſſe legimus: quòd indignum judicaret, ei capita & fortunas aliorum committi debere; qui alienis oculis omnia regere cogeretur. Quid verò de Principe ſtatuendum? quem alienis conſilijs, alieno ingenio, alienâ ope, in omnibus rebus Reipub: tractandis, uti neceſſe eſt? Nonne illum Mydæ inſtar, ſtatuam tantùm in ſolio regali collocatam, meritò æſtimabimus? Nonne ſimiæ ſimilem eſſe judicabimus? qui purpurâ, diademate & ſceptro inſignitus, alijs ſe illudendum præbet? ſuorum tantùm Conſiliariorum actiones, geſtu effingens; ipſemet, quid agatur, quid conſulatur, nihil intelligens.

Vid. Emblema Embl. Politica.

B 4

56. † Quid quòd IN CONSILIIS maxima VIS REIPUB: conſiſtat? quòd ſine his, quicquid quis ſuſcipit, eventûs
57. infelices, ſæpè funeſtos ſortiatur? † Quâ ratione Conſilia bona Principi ſint profutura, non video! qui Ipſe Conſilia bona non intelligit; nec quid ex uſu, & re ſuâ eſſe queat, certò ſtatuere poteſt! Conſilia verò nemo dare poteſt, niſi vel experientiâ edoctus: vel literis optimè eruditus fuerit. Illa, ut eſt ſecundùm Hippocratem fallax:
58. † ita LIBRI, OPTIMI CONSILIA-
" RII. In iis enim, quid antea ſimili in caſu vel re acciderit, de quâ conſultandum, invenire: cauſſas, eventûs varios conſiliorum notare, & inde ad
59. uſum referre tutò poteris. † *Nil enim*
" *ſub Sole novum: nec novi quicquam accidit,*
" *aut accidere poteſt; niſi quod nobis ſic vide-*
" *tur; quod non antea accidiſſe putetur; Id*
" *tantùm novum eſt, quod eadem fabula mu-*
" *tatis perſonis agatur: quodq́; olim Regi,*
" *Principi; id hodie Nobili, Civi, vel etiam ru-*
" *ſtico, & contrà, accidit. Cùm ergò noſtra*
memoria

memoria omnes caſûs & eventûs rerum, ,,
non tenere; neq; acies mentis, per omnia an- ,,
tiqua & recentia diſcurrere, aut captu ſuo ,,
comprehendere poſſit: libris igitur immo- ,,
randum; ex quibus omnium tempo-
rum varietatem conſiliorum, rerum,
fortunæ ludentis eventûs; quaſi vnâ in
tabulâ depictos cernere, atq; ipſemet
rebus tuis applicando, quid vites, quid
ſequaris, remotâ omni dubitatione cõ-
cludere poteris. Naufragia, urbium in- ,,
cendia & direptiones, pugnas, & ſimi- ,,
lia, ſatius & tutiùs eſt ex tabulâ co- ,,
gnoſcere, quàm ijs intereſſe: hæc ex li-
bris omnia diſcet Princeps. Pruden-
tiam igitur ei ſummè neceſſariam eſſe
concluditur. Nam in alijs quidem ſi
quid inconſideratè fiat, tametſi vitio-
ſum id ſit, tolerabile eſt; nulliq; for-
taſſe noxium, præterquam impruden-
ti ipſi: at in Principe, qui univerſæ
Reipub: curam habet, † tantò eſt in- 60.
tolerabilior Imprudentia, quantò eâ
plures læduntur, quantoque malum
multorum, unius malo pernicioſus eſt.

Martinus Prætorius. Prudentiæ autem officia, elegantiſſimis verſibus complexus eſt Poëta quidam ſuperioribus annis, in illo carmine de Principatu ſalutariter adminiſtrando, quod Illuſtriſſimo Principi, Domino Ioanni Sigiſmundo &c. Marchioni Brandenburgenſi Electori moderno, fratri T. Celſit. dicavit: quæ hîc adſcribere, propter elegantiam carminis placuit.

61. † *Illa ego judicij mater, benè gnara futuri,*
Conſulere in medium, & certam conferre ſalutem
Imperijs, rebusq́; potens ſuccurrere lapſis:
Diffuſos latè populos, & regna guberno.
Qui rerum flexêre graves prudenter habenas,
Dux illis benè fida fui, rexiq́; regentes:
Me ſine, ſceptrorum jaceat vis tota neceſſe eſt:
Me ſine, Majeſtas ſolij evertatur oportet.
Vt procul è ſpeculâ, ſummâ vel turre ruentem
In patrias violenter opes vigil aſpicit hoſtem,

Venturasq́;

Venturasq́, cavet clades & publica damna:
Sic ego proſpicio caſus longè antè futuros,
Multaq́, maturè diſcrimina, multa pericla,
Conſilijs averto bonis, & mente ſagaci,
Dirigo magnarum perplexa negotia rerum &c.

Porrò, & hæc ratio evidenter demonſtrat, Literarum ſtudium in Repub: ſummè neceſſarium eſſe: quòd Reipublicæ cujuslibet Fælicitaté (cujus conſervandæ gratiâ, omnes noſtros labores, conatûs, bona, facultates, & quicquid deniq; chariſſimum ac precioſiſſimum habemus, promptè & alacriter quaſi in commune conferre debemus) ex privatorum felicitate dependére, tàm certum ſit, ut omnem dubitationem excludat. Felicitas autem illa ſingulorum, conſiſtit in excolendâ virtute, actionibusq́;, juxta virtutum normam exercendis. In conſequendis tandem virtutibus, earumq́; qualitatibus fruendis, literarum auxilio opus eſt: Sequetur igitur, Nullam Rempub. felicem appellari poſſe, in quâ literarum cultura negligitur. † Qui à

62. *Plin. in Paneg. in Traian.* † Quid quòd Reipub: Felicitas ab ipſo quoque Principe proficiſcatur, & in ipſo conſiſtat? Nonne ergò & literis imbutum eſſe oportebit? rectè Plato: *Eam tum* ait, *Rempub. felicem eſſe, in quâ Philoſophi regnâſſent, aut ij, qui regere incœpiſſent, Philoſophiæ ſe totos traderent.*

63. † Proinde; quid magis Principi neceſſarium eſſe videtur, quàm exempla majorum ſuorum ſibi ob oculos ponere: ut, non tantùm quæ geſſerint bella, quâ ratione illa cõfecerint, quomodo Victores evaſerint, quos Honores inde conſecuti fuerint, cognoſcat: ut ſimilibus factis ſeſe ſubinde excitet ad eandem laudem & gloriam conſequendam: Sed quomodo pacis tempore Rempublicam adminiſtraverint, civibus leges & jura poſuerint, ac ſui officij partes laudabiliter expleverint, obſervet.? At iſta vnde meliùs, quàm ex doctorum virorum monumentis, qui talia literis mandârunt, diſcere poterit? Quid hodiè de mundi creatione, de Regibus Iſraëlitici populi, de

eorum

eorum rebus geſtis: quid de Chaldæorum & Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum Monarchijs: de populorũ migrationibus: de Romani Imperij exordio; de Reip: incrementis, converſionib. everſionib. de bellis, belliq; Ducibus, de Victorijs, triumphis magnificis; honoribus Imperatorum, eis ex rebus benè geſtis habitis: atque alijs multis, Principi, & omnibus in Repub: verſãtibus, aut verſaturis, ſcitu, omninò neceſſarijs ſcire poſſemus? ſi ea literarum monumentis conſignata, aut prodita non fuiſſent? Quid de Alexandro Magno, Xerxe, Themiſtocle? quid de Annibale? Scipionibus, Fabijs, Decijs, alijsq; innumeris Imperatoribus & Ducibus, illuſtribusq; viris, nec non eorum virtutibus, imò & vitijs narrare poſſemus? ſi eorum res præclarè geſtas, & quæ in vitâ laudabiliter & gloriosè egerunt, eadem vrnâ aut ſepulchro, quo & corpus, tecta & ſepulta fuiſſent? Et ut alienis verbis dicam:

Quis Lycios proceres, Glaucum, aut Sarpedona noſſet?

Trojanosve duces?----------

Ni veterum providi ſcripſiſſent bella Poëtæ.

64. † Quòd igitur tantam ſeriem virorum clarorum recenſere, quòd eorum Virtutes, & præclara facinora noſſe poſſumus: id totum literarum eſt. quòd Principes & Reſpublicas florentes videmus, habemus & admiramur: id literarum ſtudiis, audacter dico, acceptum ferimus quamquam DEI Providentiam, quâ omnia in terris reguntur, non excludo.

Ac ſi, quod ſentio, liberè proferre debeam: Platonis ſententiam ſupra à me adductam, veriſſimam eſſe, mecum facient omnes; quorum melior ſententia menti: Aureumque novum ſeculum repullulaſcere ego conjecto. Excuſſæ enim per DEI gratiam illæ tenebræ Opinionum, queîs præteritis multis ſeculis Principes faſcinati, literarum ſtudia ſuâ Celſitudine indigna judicabant. Literarum beneficio, & ſanioris Philoſophiæ (in quâ POLITICUM STUDIUM Principale pono) auxilio

auxilio, regna in optimum ſtatum reducta. Languet nunc jactantia pſeudodoctorum; vileſcit authoritas maleferiatorum fratrum; qui olim Imperatorum, Regum, Principum limina ſoli frequentabant; primos accubitûs, in Curiâ, Palatio, Aulâ, Conſilijs affectabant; omnia ex ſuo voto & arbitrio fingebant. Vicit Principum mollitiem, Neceſſitas: torporem excuſſit Reipub. utilitas; Ocium fregit, regni neceſſaria Felicitas: quæ ut hoc ſeculo currente nunquam deficiat, tum tuæ Celſit: tùm omnibus Principibus patriæ noſtræ animitùs precor.

Hîc profectò magnus campus Vtilitatis & neceſſitatis literarum patet; Sed quoniam mei propoſiti non eſt, omnes rationes congerere, hoc tantùm addam: † Mitylenæos olim, uti- 65.
litatem literarum in Repub. ſummam agnoviſſe: ac propterea, quos populos bello devictos, ſuæ poteſtati ſubjeciſſent, nullam aliam pœnam eis irrogâsſe, niſi ut liberos ſuos literis non erudirent.

Principibus literis minimè incumbendum eſſe clamitant? niſi ut Reſpub.& Regna, quæ DEI beneficio, & literarum præſidio florentiſſima videmus, in Barbariem quandam, & Inſcitiæ antiquum Chaos redactum iri cupiant.

44. † IUSTITIAM Princeps exerceat neceſſe eſt; quæ eſt Virtus ſuum cuiq; tribuendi. † Ius verò executivum
45.
46. quiddam illius. † Iuriſprudentia autem docet, quomodo hoc ſit faciendum: quæ ſingula in Principe meritò refulgere debent. Iuris inprimis prudentia, utpote Cynoſura, Principum mentes ac animum dirigens, vt Iuſtitiam citra ſuæ conſcientiæ læſionem, partium, earumq; juris offenſionem, adminiſtrent, literis continetur; ut eam itaq; acquirat, nonne ipſis literis imbutum eſſe oportet? Nam cùm
47. Princeps † (qui quaſi primum Caput hominum appellatur, à quo omnia capienda) civibus jura præſcribere, leges ferre, quid cuiq; vel jure divino,

naturæ

naturæ & Civili tribuendum ſit, rectè & exactè intelligere ac ſcire debeat; ſi lites inter cives, de bonis, eorumq; jure: ſi de regno Controverſiæ inciderint; eas componere, publicè ſæpè jus dicere, atq; alia ſexcenta eum expedire par ſit: ac ne aliquâ ex parte vel erret, vel labatur, multisq; de ſe iniquè judicandi occaſionem præbeat, providum eſſe conveniat; † PRUDENTIA certè inprimis eum præditum eſſe decet; cujus tanta vis eſt & utilitas: ut nulla pars vitæ communis, nedum Reſpub. aut Princeps eâ carere poſſit. 48.
Quandoquidem hac inſtructi, SEMIDEI appellantur; quòd ejus radijs, quaſi quodam numine, omnia impleri debeant & illuſtrari. † Aſt illa cùm uſu & exercitatione potiſſimùm acquiratur: Temporis verò brevitati, vitæ noſtræ curſum, adeò Natura incluſerit; ut ad eam acquirendã, & perfectè cognoſcendam, hoc quodcunq; vivimus, non ſufficiat: librorum igitur & literarum adjumento ea ſupplenda ſunt, quæ 49.

tempore acquiri nequeunt.

At ſi quis contendat, Principes propterea ILLUSTRES appellari, quòd belli gloriâ & honoribus fulgeāt? eum quidem non errare dixerim, neq; illud negaverim; propter genus & familiam ſuam, eos Serenos, Illuſtres, Excel-
50. ſos &c. vocari: † ſed tamen affirmare non dubito: propter Prudentiam, quæ in illis elucere debet, Illuſtriſſimos, Celſiſſimos, Sereniſſimos nominari Principes.

Hæc etenim radijs ſuis Orbem Civilem, non ſecus, ac Sol penetrat, vivificat, vegetat, illuſtrat; quod etiam in Emblemate nomini tuo, Princeps Illuſtriſſime, nuncupãdo, inter cætera (quę forſan brevi lucem videbunt) fuſiùs explicui. Ac quemadmodum fieri videmus; cùm Solis radij propter nubium dēſitatem, & fuliginoſam illam, & atram vaporum ex terrâ ſurſum elevatorum copiam, in hunc inferiorem orbem penetrare non poſſint: herbas, ſegetes, aliaq; vegetabilia; Animalia

in Emblematibus Politicis.

ipſos homines langueſcere, omniaq́; quaſi contriſtari: Sicubi Principis Prudentia, in omnes actiones ſeſe nõ trãsfuderit; maximas in Repub. tenebras, & confuſionem quandam exiſtere neceſſe eſt. Vnde autem lumen accerſendum; vnde remedia malis quærenda? ex literis. Ex ijs enim Princeps præterita cognoſcere, quæ ante nos acciderint in Rebuspub., quæ earum primordia, quibus artibus creverint, & conſervatæ fuerint, qui eventus conſilia bona vel mala ſecuti, diſcere: vnde, quid in ſua Repub: & omnibus rebus factu ſit optimum, neceſſarium, utile, honeſtum, præſenti ſtatui conſulere, futuraque longè antè videre, cautiusq́; ad certum finem dirigere, omnia denique ſerena & tranquilla reddere poterit.

† PRUDENTIIA igitur non immeritò OCVLVS REIPUB: appellatur. † Quemadmodum enim inter 51. 52.
ſenſus externos Viſus, ut ſuprà dixi, præſtantiſſimus habetur: Sic in Prin-

cipe Prudentia literis fulta, virtus præſtantiſſima & excellentiſſima cenſetur; quòd reliquæ in eâ Virtutes, hac ſolâ, tanquam fulcro firmiſſimo ſu-
53. ſtentur. † Quemadmodum autem cœcum de coloribus, qui objectum ſunt viſus, rectè judicare nõ poſſe, ipſa res demonſtrat; imò, niſi rectore aliquo greſſus cœci dirigatur, eum labi, aut à viâ aberrare neceſſum eſt: ſic etiam in Repub. Principem, in errorum Labyrinthum inextricabilem devenire oportet? qui rebus omnibus, actionibus, & conſilijs, Prudentiæ lumen non præferat: quo ſi carebit;
54. † omni cæco miſerior & infelicior non immeritò reputandus erit. Cœcitas enim vnius viri, nemini, niſi eidem nocere poteſt: Principis verò, caſũ & ruinam totius Reipub. ſecũ involvit. Hoc lumine carens, neq; Reipub. ſibi, neq; utilia, neq; honeſta diſcernere poteſt. Imò ut cœcus alieno arbitrio regitur: Sic Principem, qui literis nõ eſt imbutus, prudẽtiæq; ſcuto munitus; alieno

conſilio

conſilio plus, quàm proprio duci, & fortunæ adverſæ telis exponi neceſſe eſt: quandoquidem, quid ſibi ſequendum fugiendúmve ſit, per ſe dijudicare nequit.

† T. Manlium Torquatum, cùm 55.
Conſul declaratus fuiſſet, excusâſſe imbecillitatem oculorum, Imperiumque ſibi delatum detrectâſſe legimus: quòd indignum judicaret, ei capita & fortunas aliorum committi debere; qui alienis oculis omnia regere cogeretur. Quid verò de Principe ſtatuendum? quem alienis conſilijs, alieno ingenio, alienâ ope, in omnibus rebus Reipub: tractandis, uti neceſſe eſt? Nonne illum Mydæ inſtar, ſtatuam tantùm in ſolio regali collocatam, meritò æſtimabimus? Nonne ſimiæ ſimilem eſſe judicabimus? qui purpurâ, diademate & ſceptro inſignitus, alijs ſe illudendum præbet? ſuorum tantùm Conſiliariorum actiones, geſtu effingens; ipſemet, quid agatur, quid conſulatur, nihil intelligens.

Vide Emblem. Politica.

56. † Quid quòd IN CONSILIIS maxima VIS REIPUB: conſiſtat? quòd ſine his, quicquid quis ſuſcipit, eventûs
57. infelices, ſæpè funeſtos ſortiatur? † Quâ ratione Conſilia bona Principi ſint profutura, non video! qui Ipſe Conſilia bona non intelligit; nec quid ex uſu, & re ſuâ eſſe queat, certò ſtatuere poteſt! Conſilia verò nemo dare poteſt, niſi vel experientiâ edoctus: vel literis optimè eruditus fuerit. Illa, ut eſt ſecundùm Hippocratem fallax:
58. † ita LIBRI, OPTIMI CONSILIA-
" RII. In ijs enim, quid antea ſimili in caſu vel re acciderit, de quâ conſultandum, invenire: cauſſas, eventûs varios conſiliorum notare, & inde ad
59. uſum referre tutò poteris. † *Nil enim*
" *ſub Sole novum: nec novi quicquam accidit,*
" *aut accidere poteſt; niſi quod nobis ſic vide-*
" *tur; quod non antea accidiſſe putetur; Id*
" *tantùm novum eſt, quod eadem fabula mu-*
" *tatis perſonis agatur: quodq; olim Regi,*
" *Principi; id hodie Nobili, Civi, vel etiam ru-*
" *ſtico, & contrà, accidit. Cùm ergò noſtra*
memoria

memoria omnes casûs & eventûs rerum, „
non tenere; neq; acies mentis,per omnia an- „
tiqua & recentia diſcurrere, aut captu ſuo „
comprehendere poſſit: libris igitur immo- „
randum; ex quibus omnium tempo-
rum varietatem conſiliorum, rerum,
fortunæ ludentis eventûs; quaſi vnâ in
tabulâ depictos cernere, atq; ipſemet
rebus tuis applicando, quid vites, quid
ſequaris, remotâ omni dubitatione cõ-
cludere poteris. Naufragia, urbium in- „
cendia & direptiones, pugnas, & ſimi- „
lia, ſatius & tutiùs eſt ex tabulâ co- „
gnoſcere, quàm ijs intereſſe: hæc ex li-
bris omnia diſcet Princeps. Pruden-
tiam igitur ei ſummè neceſſariam eſſe
concluditur. Nam in alijs quidem ſi
quid inconſideratè fiat, tametſi vitio-
ſum id ſit, tolerabile eſt; nulliq; for-
taſſe noxium, præterquam impruden-
ti ipſi: at in Principe, qui univerſæ
Reipub: curam habet, † tantò eſt in- 60.
tolerabilior Imprudentia, quantò eâ
plures læduntur, quantoque malum
multorum, unius malo pernicioſus eſt.

Martinus Prætorius. Prudentiæ autem officia, elegantiſſimis verſibus complexus eſt Poëta quidam ſuperioribus annis, in illo carmine de Principatu ſalutariter adminiſtrando, quod Illuſtriſſimo Principi, Domino Ioanni Sigiſmundo &c. Marchioni Brandenburgenſi Electori moderno, fratri T. Celſit. dicavit: quæ hîc adſcribere, propter elegantiam carminis placuit.

61. † *Illa ego judicij mater, benè gnara futuri,*
Conſulere in medium, & certam conferre ſalutem
Imperijs, rebusq; potens ſuccurrere lapſis:
Diffuſos latè populos, & regna guberno.
Qui rerum flexêre graves prudenter habenas,
Dux illis benè fida fui, rexiq; regentes:
Me ſine, ſceptrorum jaceat vis tota neceſſe eſt:
Me ſine, Majeſtas ſolij evertatur oportet.
Vt procul è ſpeculâ, ſummâ vel turre ruentem
In patrias violenter opes vigil aſpicit hoſtem,

Venturasq́; cavet clades & publica damna:
Sic ego proſpicio caſus longè antè futuros,
Multaq́; maturè diſcrimina, multa pericla,
Conſilijs averto bonis, & mente ſagaci,
Dirigo magnarum perplexa negocia rerum &c.

Porrò, & hæc ratio evidenter demonſtrat, Literarum ſtudium in Repub: ſummè neceſſarium eſſe: quòd Reipublicæ cujuslibet Fælicitaté (cujus conſervandæ gratiâ, omnes noſtros labores, conatûs, bona, facultates, & quicquid deniq; chariſſimum ac precioſiſſimum habemus, promptè & alacriter quaſi in commune conferre debemus) ex privatorum felicitate dependére, tàm certum ſit, ut omnem dubitationem excludat. Felicitas autem illa ſingulorum, conſiſtit in excolendâ virtute, actionibusq́;, juxta virtutum normam exercendis. In conſequendis tandem virtutibus, earumq́; qualitatibus fruendis, literarum auxilio opus eſt: Sequetur igitur, Nullam Rempub. felicem appellari poſſe, in quâ literarum cultura negligitur.

† Qui à

62. † Quid quòd Reipub: Felicitas ab ipſo quoque Principe proficiſcatur, & in ipſo conſiſtat? Nonne ergò & literis imbutum eſſe oportebit? rectè Plato: *Eam tum* ait, *Rempub. felicem eſſe, in quâ Philoſophi regnâſſent, aut ij, qui regere incœpiſſent, Philoſophiæ ſe totos traderent.*

Plin. in Paneg. in Traian.

63. † Proinde; quid magis Principi neceſſarium eſſe videtur, quàm exempla majorum ſuorum ſibi ob oculos ponere: ut, non tantùm quæ geſſerint bella, quâ ratione illa cōfecerint, quomodo Victores evaſerint, quos Honores inde conſecuti fuerint, cognoſcat: ut ſimilibus factis ſeſe ſubinde excitet ad eandem laudem & gloriam conſequendam: Sed quomodo pacis tempore Rempublicam adminiſtraverint, civibus leges & jura poſuerint, ac ſui officij partes laudabiliter expleverint, obſervet.? At iſta vnde meliùs, quàm ex doctorum virorum monumentis, qui talia literis mandârunt, diſcere poterit? Quid hodiè de mundi creatione, de Regibus Iſraëlitici populi, de

eorum

eorum rebus geſtis: quid de Chaldæorum & Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum Monarchijs: de populorū migrationibus: de Romani Imperij exordio; de Rerump: incrementis, converſionib. everſionib. de bellis, belliq́; Ducibus, de Victorijs, triumphis magnificis; honoribus Imperatorum, eis ex rebus benè geſtis habitis: atque alijs multis, Principi, & omnibus in Repub: verſātibus, aut verſaturis, ſcitu, omninò neceſſarijs ſcire poſſemus? ſi ea literarum monumentis conſignata, aut prodita non fuiſſent? Quid de Alexandro Magno, Xerxe, Themiſtocle? quid de Annibale? Scipionibus, Fabijs, Decijs, alijsq́; innūmeris Imperatoribus & Ducibus, illuſtribusq́; viris, necnon eorum virtutibus, imò & vitijs narrare poſſemus? ſi eorum res præclarè geſtas, & quæ in vitâ laudabiliter & gloriosè egerunt, eadem vrnâ aut ſepulchro, quo & corpus, tecta & ſepulta fuiſſent? Et ut alienis verbis dicam:

Quis Lycios proceres, Glaucum, aut Sarpedona noſſet? Tro-

auxilio, regna in optimum ſtatum reducta. Languet nunc jactantia pſeudodoctorum; vileſcit authoritas malefeｒiatorum fratrum; qui olim Imperatorum, Regum, Principum limina ſoli frequentabant; primos accubitûs, in Curiâ, Palatio, Aulâ, Conſilijs affectabant; omnia ex ſuo voto & arbitrio fingebant. Vicit Principum mollitiem, Neceſſitas: torporem excuſſit Reipub. utilitas; Ocium fregit, regni neceſſaria Felicitas: quæ ut hoc ſeculo currente nunquam deficiat, tum tuæ Celſit: tùm omnibus Principibus patriæ noſtræ animitùs precor.

Hîc profectò magnus campus Vtilitatis & neceſſitatis literarum patet; Sed quoniam mei propoſiti non eſt, omnes rationes congerere, hoc tantùm addam: † Mitylenæos olim, utilitatem literarum in Repub. ſummam agnoviſſe: ac propterea, quos populos bello devictos, ſuæ poteſtati ſubjeciſſent, nullam aliam pœnam eis irrogâſſe, niſi ut liberos ſuos literis non erudirent. 65.

rent, aut erudiendos non traderent.

Ad belli tempus nos convertamus. Cùm Natura, ut dixi, nemini tam longum tempus vivendi conceſſerit; ut quæ ad Prudentiam bellicam comparandam pertineant, Vſu ſolo quis addiſcere poſſet. (vnum enim omnibus bellis intereſſe, atq; omnia Strategemata in uno bello adhibere, aut obſer-
66. vare poſſe, non eſt veriſimile): † ex lectione igitur hiſtoriarum, Dux vel Princeps theſaurum magnum Prudétiæ Militaris ſibi colligere: ex illis evétûs bellorum & conſiliorum, tot pugnas, & Fortunæ variantis viciſſitudines, vno quaſi intuitu cognoſcere totque prælijs, quaſi vnà vice, intereſſe poterit: quæ Strategemata alij, maximo ſæpè cum vitæ propriæ, totiusque exercitûs diſcrimine tentârint, quales ſucceſsûs habuerint, ipſe tutò ſpectare videbitur. Magnum certè ad Prudentiam adjumentum! ad immortalem nominis gloriam & laudem monimen!

67. † Vidit hoc optimè Alphonſus ille

Arago-

Aragonum Rex, qui cuidam, quid vtilitatis ex literis, & commodi hauriret, interroganti, prudenter ſatis, & bella, & bellorum iura ex ijs ſe didiciſſe, reſpondit. † Idem Rege ſilliteratos nihil differre ab Aſinis coronatis, AEneæ Syl- 68.
vio reſpōdit: & optimos ac fideliſſimos Conſiliarios ſuos eſſe dixit MORTUOS: libros intelligens, à quib. ſine metu & aſſentatione, quæ noſſe cuperet, apertè & fideliter audiret. Ipſe quoq; dixiſſe ſcribitur: omnes ſuas gemmas & theſauros ſe perdere malle; quàm literas, quas permodicas ſe ſcire dicebat, neſcire. † Alexandrum Magnū 69.
in Homeri lectione aſſiduum, etiam inter ſtrepitus bellicos fuiſſe: eundé q; Ariſtoteli Præceptori ſuo, cùm ab eo divulgatos eſſe libros quoſdam accepiſſet, ægrè tuliſſe, ac in hæc verba reſcripſiſſe legitur: *Quare poſthac cæteris præſtabimus, ſi, quæ a te edocti ſumus, ea omnia communia erunt. Ego autem malim optimarum rerum ſcientiá, quàm opibus & potentiá cæteris anteire.* O verè regiam

70. giam vocem! † Carolus V. Mathematicis ſtudijs imprimis delectabatur: ſed neq; honeſtarum artium & doctrinarum ſtudia aſpernatus eſt, quin potiùs ea amabat, & munificentiſſimè fovebat. Hiſtorias autem, non Germanici tantùm Imperij & Hiſpanici: ſed etiam veterum Monarchiarum ac Regnorum, & præcipuè ſapientiſſimum ſcriptorem Thucydidem, quem in Gallicam linguam converſum habuit, magnâ cum aſſiduitate legit.

Chytr. in Orat. de trib. Imppp.

71. † Ferdinandus Imp. frater ejus, præter alia doctrinarum ſtudia, in quibus in ſuâ ætate tenerâ non minùs, quàm in militaribus diſciplinis eruditus fuit; aurea illa Ciceronis de Officijs præcepta, adeò familiariſſimè nota habuit, vt totas ſæpè ſententias, in graviſſimarum rerum deliberationibus, recitare memoriter ſit ſolitus.

72. † Quòd ſi verò Literarum ſtudia, homines etiam obſcuriſſimos ad ſumā honorū & dignitatū faſtigia evehant: ſi harum beneficio nō ſolùm ditiſſimi: ſed

ſed illuſtres evadant, qui Imperatoribus, Regibus, Principibus, Comitibus ſemper à latere ſint, ac ſuis Conſilijs Rempublicam juvent ac gubernent: ſolisq; literis totam ſuam familiam, quæ aliàs in obſcuris, & ſordidis tenebris deliteſcere cogeretur, in lucem educant: quale quæſo lumen, qualem ſplendorem Principes Sereniſſimi familijs ſuis addiderint: poſterisq; ſuis ad virtutes & egregia facta calcar admoverint? qui ingenium bonis literis, & indolem ſuam generoſam decentibus ſtudijs excoluerint, literasq; cum Armorum diſciplinâ conjunxerint?

† Themiſtoclem, olim, cùm ſomnũ capere adoleſcens non poſſet, dicere ſolitum tradunt, ſe Miltiadis tropæo, quieſcere volentem, excitari. Quantò acriùs Principes incendi, atq; inflammari neceſſe eſt! qui, non vnius tantùm; non veterum regum ac innumerabilium Principum, literis & virtute heroicâ præſtantium trophæa; ſed ſuorum quoq; Majorum recentia, Pace & Bello 73. *Muret in Orat.*

Bello præclarè geſta, non in marmore exſculpta, ad exigui temporis prædicationem: ſed ad omnem æternitatem commendata literis cottidiè intuentur? *Habet enim neſcio quid ſingulare generoſus animus, & viri heroici: vt quoties aliorum excellentes virtutes & facta, vel literis conſignata legant, audiantve: vel ipſimet tropæa eis erecta videant; ad ſimilia quoq; effingenda & imitanda, tacito quodam & generoſo impetu extimulentur.* Verùm enim eſt apud omnes,——

laudata virtus

Creſcit, & immenſum Gloria calcar habet!

74. † Iulium Cæſarem in lacrumas erupiſſe ſcribitur, cùm Alexandri Magni effigiem, & intra decennium res geſtas in tabulâ pictas videret, ſe nihil ejusmodi adhuc conſecutum fuiſſe. Atq; vt excitandi ad res præclarè gerendas, & nominis famam immortalem comparandam, vim literæ habent: ita quoque ad eam conſervandam & augendam maximum addunt ſubſidium.

Et

Et ſi penitiùs rem intueri voluerimus, reperiemus ſanè, (cæteris tamen paribus) vix eſſe quicquam efficacius, aut præſtantius ad conſervandũ Rempub: † ijsipſis LITERIS. Nam ſi illud verum eſt, quod nemo negaverit: 75.

Non minor eſt virtus, quàm, quærere, parta tueri.

Vel vt Claudian: ait: -----

plus eſt ſerváſſe repertum,

Quàm quæſiſſe novum. quâ quæſo prudentiâ, quibus artibus inſtructos eſſe oporteat Principes: vt, quæ maximo labore & ſolertiâ acquiſiverunt, in pace & tranquillitate conſervare ac tueri poſſint? Legem fuiſſe latam à Servio Tullio VI. Rege Romanorum legimus, quà continetur: Non ſolùm armis & ſcientiâ belli: ſed etiã Conſilijs artibusq; pacis Rempub. conſiſtere: Id quod Iuſtinianus Imp. in proœmio ſuarum Inſtitut. Iuris quoq; confirmat, dum ait: *Imperatoriã Majeſtatem non ſolùm armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam: vt vtrumq; tem-*

tempus, & bellorum & pacis rectè poſſit gu-
76. *bernari. &c.* Et Scipio † cùm Cenſor eſſet, noluit in ſolemni carmine, ſicut erat moris, precari: Dij augete Rempub: ſed conſervate. Satis, inquit, habemus auctam; ſi modo conſervetur. Quanquā inficias nō eo; multa requiri ad conſervandam Rempub:; illudq́; omnium Politicorum quaſi generale
77. ſit axioma: † *Regnum ijs artibus, quibus partum eſt, conſervari oportere:* Ex hiſtoriarum tamen lectione contrarium ſæpè accidiſſe obſervatum. Multa enim regna, bello & vi parta, ijsdē conſervari non potuerunt; quin potiùs per eadem perierint. BENEVOLENTIA, AUTORITATE, TIMORE, LIBERALITATE, CLEMENTIA, & alijs PACIS ARTIBUS conſervata diu fuêre. Omne enim bellum, cùm ſit infeſtum ac crudele, omnes illud averſantur: Pacem autem omnes amant, optant, colunt; non alienum à veritate erit, pacis artibus quæq; regna optimè conſervari, cūm alia via & ratio tuta ſatis non ſit.

De Au-

De Auguſto ſcribitur; cùm Alexandri Magni res in Oriente geſtas legeret, admiratum fuiſſe: Alexandrum nō induxiſſe in animum ſuum, quâ ratione & viâ quæſita conſervaret ac regeret; ſed tantùm quomodo quæſitis alia adijceret. † Si hodiè Turcarum ſtudium in conſervandis rebus partis reſpexerimus, quomodo advigilent; ne bellicâ virtute, ſive rapinâ, partum IMPERIUM, & Chriſtianis ereptas Arces & regiones amittant: fateri profectò, non absq; pudore cogemur, eos hac in parte non modò laudandos; ſed quod invitus dixerim, nobis longè anteferēdos. † Maximilianum I. Imp. ſemper in ore habuiſſe traditur: Longè facilius eſſe vincere, & domare gentem, quàm in officio retinere: quoniam, vt de Totila Rege Gothorum ſcribitur, qui dixit: *In aquirendo, ignavia poſſidentis ſæpe plus confert, quàm propria virtus: Tueri autem quæſita ſine propriâ virtute nemo poteſt.* Hac igitur vt rectè vtaris, Literæ tibi monſtrant viam & rationem; teq; docere

Cam. in Subciſ. hor.

78.

79.

docere poſſunt, quibus modis parta regna, & Victoriam moderari: quomodo novi jugi onus, gens domita patienter ſufferre: quomodo indomita manſuefieri, ac in officio ſubjectionis retineri debeat.

De LEGIBUS hîc non dicam, quæ, vt plurimùm in ſcriptis continentur: vnde originem primam traxerint: à quo primũ humano generi latæ: quanta earum in vitâ cõmuni vtilitas: quæ præſtantia, quæ Neceſſitas: † quòd
80. neq; Bellum ſine legib., ſine diſciplina eſſe poſſit: imò ſine his nullum, aut potiùs belluinum. Nam, vt Valer. Max. inquit, *Vires armis conſtant, quæ vbi à recto tenore deſciverunt, oppreſſura ſint, niſi opprimantur.* Leges tamen à DEO OPT. MAX. ſimul cum mundo productas eſſe, nemo non ſcit: Legem divinam Moſi in tabulis ſcriptam ſacræ literæ
81. probant. † Lex infallibilis, & ab æterno illo Latore poſita mundo, movet & gubernat Cœlum; eadem temperat elementorum pugnam. Legi inviolabili

bili Naturæ cedunt plantæ, & animalia obediunt. Lex de Cœlo deſcendẽs, humanam hanc Sphæram regit ac gubernat.

Qui LL. ex mundo tolleret, nõ ſolùm Vrbes, corpora ſine animâ eſſe vellet: ſed poſtquam omnes res arbitrio armorum exponerentur, cumq́; nemo eſſet, qui juſtas leges Bello præſcriberet; iiſq; rectè & juſtè vtendi ac exercendi modum oſtenderet: omnia in hoc mundo ſurſum deorſum ferrentur; neq; vllus vnquam finis eſſet vis & injuriarum: nihilq́ue aliud eſſet, quàm FELICITATEM illam, ex ſocietate humana TOLLERE, quæ in hac vitâ mortali ſummo ſtudio, & conatu, ſæpè cum rerum & vitæ jacturâ, maximoq́ue diſcrimine quæritur.

Quapropter neque belli tempore, Principes & Duces literis carere poſſe patet: & ex ſequentibus facilè animadvertetur. Duplicem enim Prudentiam cum communi ſuffragio Politicorum ſtatuamus: de priori leviuſculè ſuprà

diximus, de altera nunc breviter.

Prudenter ante omnia bellũ ſuſcipien-dum, prudenter adminiſtrandũ, pruden-ter finiendum, prudenter Victoria reti-nenda. At qui s negèt juſtas belli ſuſci-piẽdi cauſſas, ex literarũ monumentis; rectè adminiſtrandi præcepta: eventus, atq; alia multa, ad id pertinentia, opti-
82. mè percipi? † Cumq; potiſſimã par-tem in bello conficiendo (fortunæ le-ges non tango) CONSILIUM RE-CTUM ſibi vẽdicet: ſine quo (*ut IL. ipſi-*
lib.5.c.16. *us in ſuis Politicis loquitur*) quid omnis bellici apparatûs? Fumus: quid viri?
83. Funus. † Conſilia verò cùm ſint in bello duplicia, RECTA & OBLI-QUA. Illa, vt idem Lipſius habet, quæ planam & militarẽ viam ineunt. Hæc, quæ occultam, & fraudium, atq; æſtus ſemitâ graſſantur, hæcq; magis in bel-lo vſitata & laudabilia. Nam-----*dolus an virtus quis in hoſte requirat?* Et juxta Auguſtin. *Cùm bellum juſtum ſuſcipitur, vt apertè pugnet quis, an ex inſidijs, nihil ad juſtitiam intereſt!* Quis Strategemata

omnia

omnia, † quibus ſemper plus Duces belli, quàm vi & copia militum confecerunt, meliùs, quàm ex libris diſcere poteſt? Sunt veterum quidam, qui antiquæ Militiæ Romanæ, Græcæ &c. Strategemata collegerunt: Ex recentioribus verò Illuſt. vir Henr. Ranzovius, † tantâ diligentiâ bellica Conſilia, in ſuo tractatu Bellico, conſcripſit, vt neſciam, quid ad omnes partes belli Conſiliorum hujusmodi deſiderari poſſit. Dignus certè liber quem Impp. & Duces ſummâ diligentiâ legant; & non minùs mentē in eo, quàm manus in armis occupent: quemq; non minori prætio æſtiment, quàm ſuum Homerum Alexander M. 84 85.

† Ad ſummam. Eò Imperatorem reliquis prudentiorē eſſe expedit: quò magis in eo Vniverſorum periculum & ſalus eſt. † Fortem quoq; Ducem eſſe oportet; quæ Virtus ab eo, non minùs ſeparari poteſt, ac debet; atq; lux à Sole: ac niſi Prudentiâ regatur, vt ſciat, quæ pericula ſubire, & quomodo ea 86. 87.

ſuſtinere debeat, ſe ſuum q; exercitum in diſcrimen conijciet certiſſimum. Ducem autem (cùm in ejus ſalute, ſolus exercitûs ferè conſiſtat) non omnibus, non quibusvis periculis caput ſuum objectare decet, neq; ſemper: niſi fors extrema neceſſitas, propter imminens Victoriæ perdendæ, aut obtinendæ periculum requirat; quod olim Africanus docuit: qui, cùm ei objectum eſſet, quòd pugnæ non intereſſet prudenter reſpondiſſe fertur: *Mater me* inquit, *Imperatorem, non militem genuit; neq; Ducis eſſet militis mortem obire.*

18. † Temperantem eſſe oportet: vt non ſolùm â gulæ voluptatibus, & rebus venereis ſibi modum ponere ſciat; ſed milites quoq; in officio, ſuo exemplo contineat. At niſi literis fuerit excultus, vt cognoſcat, quæ mala inde oriantur, & quæ ad Temperantiam ſpectent, contrarijs vitijs eum obnoxium fore, neceſſe erit: quod hodie vſitatiſſimum!

Iuſtitiam inprimis colat & adminiſtret

ſteret, quòd ſine eâ Ars militaris conſiſtere non poteſt. Hac enim efficiet, vt Dux propter ſpem juſti præmij adipiſcẽdi ametur: & propter meritarũ pœnarum exequutioné timeatur: propter adminiſtrationé ipsã colatur. At quomodo juſtus eſſe poterit, qui, quid Iuſtitia, quid Ius ſit, quomodo vtrumq; adminiſtrandum, ex literarum monumentis non didicerit? Si ad alia officia Imperatoria acceſſerimus: reperiemus profectò, nullũ Ducem Optimum literis carere, aut vix citra inſignem reprehenſionem carere poſſe. Cohortandus eſt miles ad ſtrenuè & fortiter pugnandũ: præmia illis egregè factorũ pollicitanda: Virtus eorum laudanda, & ut altiùs eã exerant, præſenti in prælio, erigenda. Hîc Eloquẽtia opus. vnde ea, niſi ex præceptis Rhetoricis haurienda, vſu confirmanda? cujus quanta ſit vis, quanta vtilitas, Græci non tantùm Imperatores: ſed Romani Duces luculenter demonſtrarunt

Quantum diſertâ illâ, & eleganti ſuâ Oratione Iohannes III. Elector Brandeburgenſis apud tres Reges (de quo paulò inferiùs dicam) effecerit, multi
89. ſcriptores teſtantur. † Scipio Minor in Hiſpaniâ, cùm exercitum licentiâ diffluentem, ac totum peſſimis moribus corruptum reperiſſet, ſuavi ſuâ ac diſertâ Oratione, ſine alio adjumento, eum ad veterem Romanorum diſciplinam revocavit. Iulius Cæſar hac arte dicendi in Galliâ milites ſuos, quorum animi, magnitudine corporum Germanorum conſternati eſſent, confirmavit; vt non ſolùm timorem omnem abjecerint; ſed alacriores in hoſtem irruentes, victoriá glorioſiſſimam ex Arioviſto reportârint.

90. † Eſt enim Eloquentia ars, quæ afflictos ſolatur, timidos animat, temerarios refrénat; in ſummâ, affectûs noſtros hac, atq; illac voluit flectiq́ue. Quantum Prudentis ſagacisq́; Ducis eloquium in exercitu valeat, nihil me fecit certiorem, docuitq́; magis, quàm luculen-

Scipio Amiratus in Diſſerta

luculentiſſima illa Oratio, quàm Cæſar habuit corã militibus ſuis in Theſſaliâ, poſteaquam à Pompeianis fuſi fuerant. *Hac habitá oratione*, inquit ille, *exercitui omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantumq; ſtudium infamiæ ſarciendæ, vt nemo aut Tribuni, aut Centurionis Imperium deſideraret; & ſibi quisq; etiam pœnæ loco graviores imponeret labores ſimulq; omnes arderent cupiditate pugnandi.* Idem Amirat. paulò infrà: Quod autem vera hæc ſint, audiãtur, quæ ſparſim in opere ſuo Leo Imperator ſcripſit. Profitetur enim ſæpè, ducẽ optimum eloquentẽ eſſe debere, adeò, ut ex tempore frequentiam militum alloqui poſſit, propterea, quòd Dux hortationibus ſuis, exercitũ ad contemnenda pericula accendit; & ad gloriæ cupiditatem animoſum reddit; neq; tubæ ſonitus, cujusq; aures percutiens, ad bellica opera æquè commovet animos, atq; eosdem impellit (ſi cum perſpicacitate, ac ſapientia conjungatur,) ac Oratio. Quod ſi exercitui aliqua acci-

Politicis lib. 12. diſcurſu 4 lib 3. de bello Civili.

dit calamitas, tunc ille dulci eloquio firmat; & meliùs, quàm medici vulnera afflictos milites mitigat, ac reſtaurat. Nam Medicus temporis ope, ac commoditate, ægrotos priſtinæ ſanitati reſtituit: Eloquẽs autẽ dux, laſſos milites ſtatim reficit, ipſos ad animi magnitudinem, atque alacritatem ſublevat. Hæc ille F. Camillus oratione ſuâ milites, propter hoſtium multitudinẽ penè exanimes ad præliũ redintegrandum animavit: vt fortiùs eos aggredientes, penè victoriam reportárint.

Quid dicam de Q. Fabio Dictatore, P. Scipione, M. Marcello? Quid de Alexandro Magno? Hannibale, alijsque Ducibus? qui dicendi arte militibus ſuis, in medijs periculis vitæ, robur & animum addiderunt, magnam & glorioſam victoriã de hoſtibus obtinuerunt!

91. † Tandem Imperatores & Duces, Eloquentiæ magnam vim eſſe & neceſſitatem in bello, ſemper exiſtimârunt: vt nunquam prælium committant, niſi priùs Oratione animos militum ſuorum confirment.

† Porrò ſi Caſtra ſunt locanda: ſi aggeres erigendi: ſi foſſæ circumducendæ: Si altitudo turrium, ſi profunditas fluminis aut maris exploranda, ſi craſſities & latitudo murorum & vallorum cognoſcenda: ſi ex longinquo vel propinquo ignes in arcem vel vrbem eijciendi: Geometricis præceptis te inſtructum omninò oportebit. Vbi verò Arx, vel Vrbs munienda, vt ex omni parte hoſtium incurſus excludatur; ac juxta exigentem artis Architectonicæ diſpoſitionem, aptè & ordine omnia dirigantur; nonne Architecturæ, (quæ fundata eſt in Geometriâ) peritum Principem & Ducem belli eſſe oportet? maximè quò ad Fortificationem, vt novo hoc verbo vtar. 92.

† Hujus artis Iulium Cæſarem adeò peritum fuiſſe Commentarij ſui teſtātur; ut, tùm temporis, non ſolùm toti mundo admirabilis ſatis fuerit: ſed nos quoq; ſolertiam eius, (quanquam cum noſtræ ætatis quorundam diligentiâ, & artificiali peritiâ, vix comparanda; 93.

Sunt enim ex recentioribus, qui de ratione muniendi Arces & Vrbes docte admodum, & ad noſtra tempora congruenter ſcripſerunt) in monumentis & ſignis, quæ adhuc extant, non immeritò laudamus.

94. † Adde, quòd non poſtremum ſit in Principe & Duce belli, exercitum ſanum conſervare: ſcilicet, vt eum in locis ſalubribus ſtativa habere velit eaq́; in loca deducat, quæ propter aërem, aquam, pabula & commeatum minimè noxia ſint: vt tàm locum & ſitum, ad caſtra metandum idoneum, quàm propter exercitum alendũ convenientem eligat. Nonne Regionum naturam, fluminum & fontium, aëris, ventorumq́; qualitatem cognitam habere oportet? quòd ſi hæc neceſſariò in Duce belli requirantur: quomodo eum cognitione literarúm, ex quibus hæc diſcenda, carere poſſe, exiſtimabimus?

Nec eſt, quòd quis Principem literis deditum (non omninò Philoſophum volo,

volo, ſed qui ijs literis & ſcientijs ſit inſtructus, quæ ad Imperium adminiſtrandum, & Principale Officium pertinent) mollem, & ad bellum gerendum ineptum eſſe dicat? Non hæc mollities eſt: ſed benè vivendi norma, imò neceſſitas: Imperij rectè adminiſtrandi gloria. *Omnis enim doctrîna omninò* (vt Lipſius loquitur) ad *Prudentiam facit, & animi interior ille cultus. Tacitè enim acuit, & judicij vim format.* *in Notis Polit. ad librum 1. Polit. ſuor in c. 10.*

† Quid, quòd doctrinâ Literarum Princeps inſtructus, Optimus Imperator facilè vno quaſi momẽto efficitur? 95.

† Lucullus exemplum poteſt eſſe evidentiſſimum & memorabile, qui, cùm 96. nulla militiæ tyrocinia deguſtaſſet, lectione Xenophontis & Cyneæ, in ipſo expeditionis itinere, tantus evaſit Imperator: vt Mithridates, ſe poſt Alex. Mag. majorem nullum cognoviſſe affirmarit. Videamus alios eruditos homines, qui ex Philoſophiæ vmbratili ocio, ad bellica negotia, ſummâ cum laude ſe contulerunt. Videamus fortiſ-

ſimos

ſimos Imperatores, belliq; Duces, qui eruditione, & varijs ſcientijs ac doctrinis excelluerunt. Architam Tarentinum ſexies exercitum duxiſſe. Meliſſum ex navali prælio victorem aliquoties extitiſſe. Socratem ter ſtipendia feciſſe. Platonem & Xenophontem in bellis civibus ſuis fidelem operā præſtitiſſe, ſcriptores tradunt. Quid de Græcorum Imperatoribus ac quaſi regni propugnaculis, de Pericle, Themiſtocle, Epaminonda dicam? De priore
lib. 3. Iuſtinus: *Athenienſes adverſus Spartanorum belli tempeſtatem Duces duos eligunt, Periclem ſpectatæ virtutis virum, & Sophoclem ſcriptorem Tragœdiarum, qui diviſo exercitu, & Spartanorum agros vaſtárunt, & multas Achaiæ civitates Athenienſium*
97. *Imperio adjecerunt.* † Themiſtoclem ſatis celebrem ſua eruditio, & de Xerxe victoria fecit. Epaminondam Thebani non tàm amiſerunt, quàm cum eo omnes interierunt, vires quoque Reipub. cum eo ceciderunt, & vt idem Iu-
lib. 6. ſtinus ſcribit: *patriæ gloriam & natam, & exſtin-*

exſtinctamcum eo fuiſſe.Fuit autem incertum, Vir melior, an Dux eſſet: nam & Imperium non ſibi ſemper, ſed patriæ quæſiuit; & pecuniæ adeò parcus fuit, vt ſumptus funeri defuerit; gloriæ quoq; non cupidior, quàm pecuniæ: quippe recuſanti omnia Imperia ingeſta ſunt: honores ita geſſit, vt ornamentum non accipere, ſed dare ipſi dignitati videretur: Iam literarum ſtudium, jam Philoſophiæ doctrina tanta, vt mirabile videretur, vnde tàm inſignis militiæ ſcientia homini inter literatos nato. Hæc ille.

Quid de Romani Imperij Columnis illis, Scipionibus, Fabijs, Decijs, Marcellis referam? de quibus meritò addubites, an bellicâ virtute & Fortitudine præſtantiores; vel literarum ſcientiâ excellentiores evaſerint! De Scipione Paterculus: *Nemo Scipione elegantiùs intervalla negociorum ocio diſpunxit; ſemperq; aut belli, aut pacis artibus ſervijt: ſemper inter arma ac ſtudia verſatus: aut corpus periculis, aut animum diſciplinis exercuit.* Iulium Cæſarem vtraq; laude præſtantem fuiſſe Cõmentarij ſui ab- *vol.* 1.

undè

98. undè demonſtrant. † BRUTUS e[illegible] ipsâ nocte, quæ mortem ejus præceſſi[illegible], Platonis Dialogum de immortalitat[illegible] animæ, in caſtris aliquoties legiſſe ſcri-bitur: vnde, quantâ literarum cupidi-tate flagrârit, facilè animadvertend[illegible]. Quid de AUGUSTO Cæſare? de NE-RONE? (poſtea ſceleratiſſimo facto) de TRAIANO; quid de alijs innume-rabilibus referam? qui literis inſigni-ter eruditi, non minùs bellicis artibu[s] præclari fuérunt.

Te verò IUSTINIANE Impera-tor, quibus laudum encomijs & ho-noribus, Romani Curia Imperij ſati[s] dignè celebraverit? qui præter armo-rum tractationem, ex quibus celebrem famam Imperio, tibi verò æternam gloriam quæſiviſti; LEGUM & litera-rum tantam SCIENTIAM tibi com-paráſti; vt omnes Curiæ, Fora, Scholæ tuo beneficio gaudeant: ac toties de tui[s] laboribus, quoties res controverſæ ac-cidunt, loquuntur: nec priùs deſinent, quàm omnia cũ mundo deſitura ſint.

E[illegible]

Et cùm in Theatrum hoc ampliſſimũ venerim, in quo tot Imperatores, tot Reges, Principes ac Duces gladijs cinctos; & literarum ſcientiâ ad arma inſtructos videam, ſeriem eorum, nec tamen omnium, breviter enumerare precium operæ duxi.

† Atq; vt Ducem & Anteſignanum conſtituam CAROLUM Imperatorem, rebus pace, & bello geſtis meritò MAGNUM; quanto literarum ſtudio, quâ pietate flagrârit: quâ Fortunâ & felicitate, nec non dexteritate bella geſſerit, & confecerit; teſtantur ejus ſcripta: teſtantur tot templa erecta, victoriarum vota, teſtantur tot tropæorum monumenta: qui licèt graviſſimis belli tumultibus implicaretur; inter tot tantosq́; labores tamen, à ſtudijs nunquam alienus fuit, quin ea ſumma diligentia ſectaretur. Longum quidem foret, omnia calamo exequi; cum mihi brevitatis limites conſtituerim, quæ pacis & belli artibus magnificè & laudabiliter effecerit: ſed pro me 99.

loquan-

loquantur Academiæ, quas ille vel collapſas reſtauravit, vel novas ex fundamentis erexit.

Succeſſor ejus LUDOVICUS SECUNDUS non minùs ex literarum ſtudijs, quàm rebus præclarè geſtis celebris fuit. FRIDERICUM SECUNDUM & Græcè & Latinè loqui potuiſſe ſcribitur.

OTTONEM I. eò in ſcientiâ literarum progreſſum fuiſſe hiſtorici tradunt, vt cum IC*tis*, maximè verò Epiſcopis ſui ſeculi, diſputationum certamina ſubierit, eosq́ue ſæpè vicerit, ac ſuperior non ſine maxima laude evaſerit.

Sic OTTONEM II. Latinas & Græcas literas calluiſſe conſtat; quem Græcæ linguæ beneficio, cùm à Saracenis in prælio captus eſſet, liberatum & conſervatum fuiſſe legitur.

100. † CAROLUS IIII. Imperator Sapientiſſimus, literarum doctrinæq́; eruditione celeberrimus fuit, qui Majeſtate Imperatoriâ non indignum eſſe demon-

demonſtravit, literas bonas amare & fovere; ſæpè enim diſputationibus Scholaſticis & lectionibus publicis interfuit; ex quibus tantam voluptatem & lætitiã ſe percipere teſtatus eſt, vt doctorũ colloquia, regalibus menſarum apparatibus longè præpoſuerit. Cujus ſingularis erga literas ſtudij & favoris, hodiè adhuc Pragenſe Collegium cernitur Teſtimonium.

Imprimis autem ſalutaris illa DE IMPERATORE ELIGENDO & Electoribus, eorumq; jure, officijs, & quæ præterea annexa ſunt, CONSTITUTIO, ſive AUREA BULLA, teſtis eſt locupletiſſima; quantam ſcilicet vtilitatem Reipub. ſive Imperio Literarũ cognitio afferat; dum inter cætera, Electorum filios, poſtquam Grammatices præcepta perceperint, Italicam & Sclavonicam linguam addiſcendam prudenter conſtituit!

† FRIDERICI II. vel vt alij affirmare non dubitant I. erga literas & doctos inſigne ſtudium, probant PRI- 101.

VILEGIA

VILEGIA STUDIOSIS INDULTA, quæ continentur *in Authent. Habita C. ne filius pro patre.* ex qua apparet quanto favore literas earumq; autores ſit proſecutus.

102. † MAXIMILIANI I. res geſtas, & doctrinæ eruditionem, maximè Linguæ Latinæ puritatem & elegantiam, ex hiſtoricis, qui ejus tempore vixerũt, videre eſt.

Eruditionem præpterea ipſius teſtatur liber cui titulum Thewrdanck *impoſuit.*

CAROLUM V. variâ rerum, & literarum ſcientiâ excelluiſſe, certiſſimum eſt: quem præter cætera ſtudia, Geometriâ, ac Mathematicis diſciplinis ſummè ſemper delectatum fuiſſe, vel ex eo apparet; quòd iiſdem meditationib., inter ſtrepitûs bellicos, equorum hinnitûs, tubarum clangorem, a igneos circumrotantes globos, inter tus fuerit. Quæ autem Bella, mirâ fe citate & pari dexteritate geſſerit, pervacuum eſſe puto hîc recenſe cùm pleni ſint libri, plena de eo vi rum doctorum monumenta. DE F DINANDO fratre ejus ſuprà quo

dixi. Non inferior patre MAXÆMILIANUS II. fuit, & belli & pacis artibus.

† ALFONSUM ſapientiſſimum, juxtaq; forté Regem & Ducem, multorum ſcripta cõmendant, cujus præter cætera verè regia dicta, & hoc memorabile: quòd cùm Hiſpanum quendam audiſſet dicentem, Principe indignas eſſe literas: Bovis judicium eſſe affirmavit, non hominis. 103. *Vide Æneam Sylviũ, & Anton. Panormit.*

† FRANCISCI I. Galliarum Regis erga literas ſingularis Amor & ſtudium, Nobilitatis Francicæ earum Cõtemptum & odium, (quod pravâ imitatione LUDOVICI XI. filium ſuũ Carolum ijs imbuendum nolentis, conceperant) non ſolùm retudit: ſed ſuo exemplo Principibus, ad eas colendas, & à contemptu vindicandas præivit: quas deinde reliqui Ordines tanto ſtudio conquiſiverunt, vt nusquam literatorum major copia extiterit. 104.

† STEPHANUM Bathoreum Regem Poloniæ, & literatum, & fortem 105.

Ducem

Ducem fuiſſe, multorum adhuc in re-
centi eſt memoriâ.

106. † Iacobum I. Angliæ Regem modernum, libri ſui vulgati, vereq́; re- gij, Doctiſſimum juxtaque ſapientiſſi- mum, futuris ſeculis narrabunt.

107. † Elisabethæ Angliæ Regi- næ, ante paucos annos defunctæ, pi- tas in Deum, in ſubditos charitas, in adminiſtrandâ Repub. Prudentia, in rebus omnibus cauta perſpicacitas; ſu- pra ſexum muliebrem, non ſolùm eam collocavit Reginam Reginarum: ſed literarum quoq; ſcientia, linguarum variarum cognitio, Iudicium in cauſis dirimendis acutiſſimum, omnibus He- roibus, quotquot antè vixerunt, eam celebriorem eſſe cõprobat. Nam præ- ter varias linguas populares, Græcam & Latinam, ad doctrinarum & Hiſto- riarum cognitionem, addidiciſſe ſci- mus. Latinâ linguâ legatis reſpondere: in ſuis Academijs ſæpè extemporaneâ Oratione ad auditorum ſtuporem ha- buit.

Princi-

PRINCIPES quoque GERMANIÆ plurimos, Literas cùm Armis ſemper conjunxiſſe, hiſtoriæ demonſtrant. † Inter quos, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, majores tuos, ex Illuſtriſ. & Potentiſſimâ domo BRANDEBURGICA primo loco pono: quòd ex eâ, tot Heroës Armis & Literis celebres, non ſecus, atq; ex equo Trojano, prodierint: Imperióq; Romano, CONSILIO, OPERA, & PRUDENTIA plurimum profuerint. Quæ Laus non minùs T. C. communis cum illis eſt, ac ſi eſſet propria: quoniam T. C. Majorum ſuorum, illuſtrium ELECTORUM & Marchionũ BRANDEBURGENSIUM facta egregia, & res præclarè geſtas imitatur: & Facto ipſo (quod verè & verecundè dico) exprimere conatur, illud vnum ſibi in animũ ducens, eos virtute Heroicâ æquare poſſe, ſi non ſuperare. 108.

† FRIDERICUS hujus nominis I. ex Illuſtri veſtrâ familiâ primus MARCHIO BRANDENBURGENSIS, à Sigiſmun- 109. *I. Elector Brãdeburgen-*

ſis ex familia Burggrafiorũ Norinberg. & Com. Hohenzollern. Sigiſmundo Imp. conſtitutus: & poſtea ad Electoratûs dignitatem ab eodem evectus, Primus ELECTOR & ARCHICAMERARIUS ſalutatus, ac in Conſtantienſi Concilio inveſtitus fuit: Literis egregiam navavit operam; & in bellis Vngaricis ac Bojemicis, aliisq; Imperij negocijs graviſſimis, fortem & ſtrenuum animum Imperatori probavit.

110. *II. Elector.* † FRIDERICUS II. hujus filius, quem propter eximiam in rebus agendis acrimoniam (vt refert Dreſſer.) cum ferreis dentibus cognominârunt, pacis & belli artibus clarus fuit. Is quoque titulos & Inſignia Pomeraniæ, Stetini, Caſſubiorũ & Vuandalorum, Primus vſurpare cœpit, aſſentiente Friderico III. Imp. poſtquam bellum in Pomeranos moviſſet.

111. *III. Elector.* † ALBERTUM I. hujus Friderici fratrem, Tritavum T. Celſis. hiſtoriæ inſignem Bellatorem teſtantur: quem propter Heroicam virtutem, & egregiè facta, ACHILLEM GERMANICUM

eum appellârunt: nec non VLYSSES TEUTONICUS à Pio II. P. Rom: (teſte Dreſs.) cognominatus eſt. Nō enim bellum vllum geſtum, non prælium commiſſum, in quo nō illuſtre aliquod documentum Fortitudinis ediderit. Pugnā primus inijt, & poſtremus deſeruit, muros ante omnes conſcendit; ad quodvis certamen ſingulare promtus & alacer fuit. Provocatus ab armatis, nudus, acutâ duntaxat lanceâ, clypeo & galea munitus, decies & ſepties in certamine Victor evaſit.

† IOHANNES III. tanti Patris, tantus filius, Atavus T. Celſ. & armorum, & literarum laude celebris, MAGNUS propter corporis ſtaturam, & autoritatem eximiam cognominatus: CICERO quoq; GERMANICUS propter Eloquentiam, & dicendi admirabilem facultatem appellatus fuit. Cumq; Anno Chriſti 1489. tres Reges, CASIMIRUS Poloniæ, MATTHIAS Vngariæ, & LADISLAUS Bojemiæ, de regno Bojemiæ dimicantes

12. V Elector

tes Breslã conveniſſent, ERNESTUS Dux Saxoniæ, & IOHANNES iſte Elector Brandenb. componendorum motuum cauſsâ, ARBITRI electi fuere: hic ſuavi, ſapiente, gravi ac benè longâ Oratione, non tantùm motus inter reges dictos, graves, ac animos offenſos lenivit, & cõpoſuit, & à Conſilio ſuſcepto deterruit: ſed ſe cum Saxoniæ Duce, copias jam paratas habere interminatus eſt, ad eũ oppugnandum, qui pacis oblatas conditiones repudiaſſet.

113. *V. Elector.* † IOACHIMI I. Abavi T. Celſit. Eruditio & Eloquentia, nõ minùs eum celebrem, quàm admirabilẽ reddidit: qui in dicendi facultate, patrem penè æquavit, ac NESTOR GERMANICUS cognominatus eſt. Is enim Sapiente, eruditâ, ac gravi Oratione Latinâ, Rom. Legatum excepit: Croatorum Legatis, opem contra Turcas in Comitijs Auguſtanis implorantibus, Latinè reſpondit. Carolus V. quoties res arduæ & graves, præſertim Religionis

gionis reformatæ tempore, inciderunt; ejus operâ in reſpondendo eſt vſus: qui, cùm neceſſitatem, ſimul ac Vtilitatem literarũ ipſemet agnoviſſet; vt Amoris & ſtudij erga eas, poſteritati teſtatum relinqueret monumentũ; vnà cũ fratre Alberto Archiepiſcopo Moguntino ELECTORE, Academiam Francofurdianam ad Oderam fundavit.

† IOACHIMUS II. Proavus Celſ. T. literarum & militaris ſcientiæ periti ſſimus fuit, qui, cùm Turcarum copias, quarum 14000. vel vt alij 15000. fuerunt, prædâ onuſtas, pedem jam referentes, vnà cum Friderico Palatino Rheni, omnes attriviſſet, & ad internecionem redegiſſet: à Carolo V. Imp. ob tantum egregium facinus EQUES AURATUS creatus fuit. *VI. Elector.* 114.

† IOHANNEM GEORGIUM Electorem Avum T. Celſ. literis optimè eruditum fuiſſe Academia Francofurdana teſtatur, qui eò maturè cum fratre Marchione Friderico, quem Mag- 115. *VII. Elector.*

deburgenſis & Halberſtadienſis Ec-cleſia Archiepiſcopum poſtulaverant cumq; Ioanne Alberto Duce Megapolitano maturè conceſſerat. De quo vir quidam doctus in Elegiâ ſuper funus ejus ſcriptâ, poſt alia hæc ſubijcit:

Chriſt. Pel.

Noſter, ita antiqua Virtutis origine motus,
Ne Patre, ne Proavo, ne minor iret Avo,
Et Patris & Proavi virtutes pluribus auxit,
Exuperans vitâ tot, quot habebat avos.
Qui juvenem vidit, benè forti pectore vidit,
In ſene Cor prudens, vis juvenilis erat.
Nemo graves meliùs potuit ſufferre labores,
Mite Cor, aſt habilem traxit ad arma manum.
Nemo magis gratæ ſpectavit commoda pacis,
Nec tamen in tantâ pace quietus erat.
Nemo magis curas tractare & tollere norat,
Et tamen in curis pluribus, vnus erat.
Nota Fides regno, quam Cæſar prædicat ipſe,
Saxo, Ducumq; chorus totus ad aſtra vehit &c.

IOACHI-

† IOACHIMO FRIDERICO Electori Patri T. Celſ. etſi in gubernatione ea temporum acciderit Felicitas; vt bellis non fuerit occupatus, cùm tamen ad ea res ſpectare videbantur: nō minùs tamen in re militari præſtans fuit, quàm pacis artibus celebris. Cumque nomine FRIDERICUS eſſet: Omine illud quoq; in ſuâ Electoratûs adminiſtratione cōprobavit. A Naturâ enim ita imbutus; à literis ſic inſtructus fuit: vt pacem ſummâ cum animi moderatione & prudentiâ coleret, nihilq; quod ad officium, pij, probi & Boni Principis pertinuit, prætermitteret: exempla majorum ſuorum ſecutus: qui literis & diſciplinis, Principibus dignis, in ætate juvenili eruditi, in adultiore, quæ didicerunt, vſu comprobárunt. Reliquos T. Celſ. agnatos & Majores conſultò prætereo; quòd ſciam, eorum egregiè facta, tenuitatem ſtyli mei longè ſuperare; neq; me eâ dicendi vel ſcribendi facultate præditum, vt eos ſatis, pro ratione exigente, *nō. VIII. Elector.*

laudare poſſim, niſi certò ſtatuam, omnem laudem eis imparem eſſe. Hoc voto nunc ſeriem in Tuæ Celſ. illuſtri familiâ claudo: nunquam ſeries deſcendentium Electorum interrumpatur, aut deſinat! Quales verò & quanti honores Illuſtriſſ. & Potentiss. Principi, Electori Brandeburgico IOHANSIGISMUNDO fratri T. Celſ. Heroi

Anno 1612. Magnanimo, à Sereniſſimo Rege Poloniæ SIGISMUNDO III. nec non omnibus Ordinibus Regni, proximè elapſis Comitijs Generalibus VVarſſovienſibus, dum Inveſtituram Feudi Pruſſiaci acceptaret, ſint exhibiti; non ſolùm Polonia ipſa decantat: ſed Panegyrica illa Gratulatio, ab Arnoldo de Reyger I. V. D. & Conſil. Brandeb. typis vulgata, Europam jam totam implevit: quos ego honores tanto Principi ſubmiſſè gratulor, & vt Reipub. Chriſtianæ commodo ac Bono, ſtirps Illuſtris maſcula, Potentiſſimæ Domus Veſtræ Brandeburgicæ, in ſucceſſione hac feudi non deſinat, animitùs comprecor.

† FRI-

† FRIDERICUS III. Sapiens cognomento, Dux Saxoniæ Elector, & literarum ſcientiâ excelluit; & earum ſtudia liberaliſſimè fovit. Hic Conſiliorum MAXIMIL. IMP. de pace publicâ, & de judicio Cameræ conſtituendo ſocius & adjutor fuit. 117.

† IOHANNES FRIDERICUS II. Dux Sax. literarum cultum magnæ curæ habuit. 118.

† AUGUSTUS Elector Sax. Mauritij frater, juvenilem ætatem in ſtudijs literarum, & militari diſciplinâ contrivit. 119.

† LUDOVICUS, LANDGRAVIUS HASSIÆ Princeps ingenio excellenti, & literarum ſcientiâ inſigni conſpicuus fuit. 120.

† GUILELMUS LANDGR. HASS. in omni doctrinarum genere liberaliter inſtitutus, Mathematicis inprimis ſtudijs adeò excelluit, vt præter perfectam cognitionem, quam ſibi longo vſu comparaverat, nova quoq; Inſtrumenta Mathematica confecerit. In 121.

adoleſcentiâ etiam rem bellicam adminiſtravit.

122. † De MAURITIO moderno LANDGR. HASS. Principe pio, Sapiente, prudente, literatiſſimo, pauca dicam in meis Emblem. Politicis. Hic Dreſſeri verba de eo adſcribam: *In eo* inquit, *ingenium ſplendidiſſimum, literæ exquiſitæ, virtus ſingularis, temperantia admirabilis, moderatio eximia, rara denique omnia, & ad præſtantiam tantam, quanta poteſt cadere maxima in Principem bonum, potentem & ſalutarem directa, vt non tàm Prudentiâ acutiſſimus, quàm Literatorum Principum literatiſſimus jure omni habeatur.*

Millen ſexti p. 2.

123. † HENRICUS IUL. fel. mem. Dux Brunsvicenſis, literarum ſcientia cum paucis comparandus: non minùs Militari in arte celebris fuit.

124. † EBERHARDI cognomento Barbati DUCIS WIRTTEMBERGICI ſapientia, quam ex literis, vſuq; , nec non rerum tractatione ſibi comparaverat, non domi ſolùm in gubernatio-

me placidâ: ſed in communibus etiam Imperij negotijs, & conventibus eluxit. Cujus impenſis Academia Tubingenſis fundata eſt. Huic MAXIMIL. Imp. tale elogium tribuit, cùm quodam tempore ſepulchrum ejus intueretur. *Hic conditus eſt Princeps, eâ prudentiâ & virtute, quâ nullum ego præditum in Imperio habui. Sæpè mihi ejus conſilia profuerunt.*

† CHRISTOPHORUS Dux Wirtemberg. VLRICI FILIUS, curâ FERDINANDI Imp. liberaliter literis, & omni Virtutis doctrinâ Principe dignâ, eruditus fuit. 125.

† LUDOVICUS filius ejus, literas & artes, ſtudiosè liberaliterq; fovit & tutatus eſt. 126.

† FRIDERICUS IV. Lignicenſis & Bregenſis Dux, laudibus pietatis, doctrinâ literarum celebris fuit. 127.

† GEORGIUS II. Lig. & Bregen. Dux, literarum ſcientiâ imbutus, eas ardenti ſtudio fovit. Filius verò ejus Ioachim: Fridericus Dux Lig. & Breg: 128.

propagavit. Idem faciunt moderni Principes Lignicenſes & Bregenſes, necnon OLSNENSES: quos communi Sileſiæ Bono, DEUS florentes diutiſſimè conſervet.

129. † EX ANHALDINORUM illuſtri FAMILIA, GEORGIUS celebratur præter cæteros, quòd pietatis & literarum ſtudia, à primis annis coluerit diligentiſſimè. Quâ literarum ſcientiâ præditus fuerit, teſtatur illa Secunda Oratio Illuſtriſs. ac Generoſiſs. Principis Anhaldini D. CHRISTIANI, in quâ de eo hæc verba facit: *Quis non* GEORGII *illius Anhaldini Aſc anijque Principis, Patrui magni noſtri, memoriam veneretur animitùs? qui difficillimis Reip. temporibus, & Principis prudentiſſimi, & ſanctiſſimi doctiſſimiq; Eccleſiaſtæ partes obijt, populis ſuis tùm humana, tùm cæleſtia & vera bona ſubminiſtravit: Germaniam conſulendo, monendo, cohortando ſervavit magis quàm Dynaſtæ alij & Principes belligerando.* Hæc ille.

De Officio Principis Georgii recitata.

† ILLUSTRIS ac Generoſus Dominus

minus, Dn. CAROL. L. Baro de ZEROTIN. PROMARCHIO MORAVIÆ, quá pietate in DEUM & patriá, quâ fide in Rempub. quâ dexteritate in Conſilijs, quâ vigilantiâ & diligentiâ, in promovendâ, augendâ & Conſervandâ Religione, Iuſtitiâ & Libertate Patriæ; quâ deniq; Literarum & Armorum peritiâ ſit celebris: non tantùm MORAVIA (cujus onus gubernandæ ipſe, tanquam alter ATLAS humeris ſuis ſuſtinet) grata, & meritò agnoſcit, & hoc vno, quaſi Patre Patriæ vero gaudet ac lætatur: ſed vicina Regna & Regiones, ejus quoq; in Patriam amorem, fidem & Conſtantiam admirantur: vnde tot Principibus, tot Regibus, gratus & acceptus jam pridem extitit: de cujus in patriam fide, plura in meis Emblem. Politicis videbis. Addo, quòd DEI beneficio, non tantùm in ſuperiore & inferiore Germaniâ: Principes, Comites, Barones, hac tempeſtate, Literarum & Militiæ ſint peritiſſimi: ſed in noſtrâ quoq; Si-

leſiâ, vix vllam recenſeas familiam Generoſam aut Nobilem; in quâ vel literis inſigniter eruditos; vel artis militaris peritiſſimos non inveniâs. Longum foret omnes enumerare. Sed mihi inſtar omnium hoc loco ſit, Generoſus &
131. Magnif. Dominus † ANDREAS KOCHTICIUS, Liber Baro de KOCHTICZ & LUBLINIECZ &c. qui ſincerâ Pietate, Literarum eruditione, ac omni virtutū genere, inprimis Humanitate, Familiæ ſuæ clariſs: jubar intulit ſplendidiſſimum, vt non tantùm apud ſuos; ſed etiam exteros, ob virtutes tali Heroë dignas Illuſtris meritò habeatur.

Ac, ne limites brevitatis egrediar, hic finem catalogi faciam, hoc priùs addito: Omnibus temporibus non ſolùm Viros Illuſtres LITERAS amâſſe; iisq; animum excoluiſſe: ſed etiam Literatos, ac doctos viros, Benevolentiâ foviſſe, magnisq; ſtipendijs cumulâſſe
132. & conſervâſſe. † Ptolomeum Philadelphum Ægypti Regem, Septuaginta illos

ta illos Interpretes, regijs & ampliſſimis muneribus auctos, à ſe dimiſiſſe ſcribitur. † Alexander Magnus, Ariſtotelem Præceptorem ſuum, ob hiſtoriam animalium, donavit talentis 800. quæ faciunt juxta quorundam ſupputationem, Coronatorũ Millia aureorũ quadringenta octoginta. Idẽ Alexãder liberalitatem ſuam oſtendit erga Apellem pictorem; cui ob ejus imaginem artificioſé depictã, talenta viginti auri donavit, quæ faciunt Centum ac viginti millia aureorum Coronatorum. Nero Senecam Præceptorem ſuum multis opibus & divitijs cumulavit. † Munificentiam Ludovici XI. Regis Galliæ, Medicus quidam expertus eſt, cui dabat menſtruum ſtipendium, Decem aureorum millia, ſic vt intra quintum menſem ille acciperet ab eo, ad quinquaginta quatuor millia.

133. Camer. ſubciſ. hor. parte 2.

134. Comin. lib. 9.

Fuerunt alij liberales & munifici erga doctos, præſertim docti Principes. Vnde & Cam: ait: mirandum non eſt, quòd illorum tempeſtate, doctrina & artes

arres ita floruerint, vt ad nos fructus tã multiplices propagati ſint. Vt enim fruges aëris temperie, liquidiore q́; cœlo exuberant: haud ſecus bonæ artes, eximia q́; ingenia, benignitate, honorificentiâ, humanitate q́; evocantur: Cõtra q́; invidiâ, ſordibus, moroſitate eorum, qui rerum potiuntur, reſtinguuntur & langueſcunt. Verùm enim illud:
-----egregios invitant præmia mores. Et
135. † *Artes nutrit honos, excelſæq́; indolis eſca eſt*
Gloria.--- Et hactenus de Literarum præſtantiâ, Neceſſitate ac Vſu. De ARMORUM nunc dicamus.

Negari nullo modo poteſt, ARMORUM TRACTATIONEM omnibus ſeculis, PRINCIPIBUS dignam fuiſſe:
136. † quibus regna ſua tuta non modò conſervârunt: ſed etiam aliquando auxerunt: ac propter bellicam fortitudinem ad ſumos honores evecti ſunt. Et primò quidẽ altiùs rem trutinando: ſi Honorem ipſum conſideraverimus, quid ille ſit: cui maximè conveniat: fateri

teri cogemur, eum proprié † Arti 137.
Militari tribui oportere. Nam cùm ſit præmium ex virtute promanans, ſignumq́; externum beneficentiæ; ſcientijs videtur impropriè adtribui: cùm his laus propriè competat: quandoquidem Ars militaris circa actiones, quarum præmium eſt HONOR, verſatur, quo homini in hac vitâ BONUM vix majus optari aut tribui poteſt. † Fa- 138.
ma enim & vita pari paſſu ambulant *text inl. reprehendenda C. de inſtitu. & ſ. b-ſtitu. & inl iſti quidem ff. quod met. cauſ. Dd. inl. tranſigere. C. de tranſact.* Ac vt vitâ nihil jocundius eſt in vitâ: ita nil famâ bonâ & honore majus in eâ eſt. Quod ſi & illud præferri alijs debeat, quod publicum bonum juvat & conſervat: non video, quâ ratione ars militaris, Literis inferior cenſeri poſſit? quandoquidem † ſcientiâ literarum 139.
Poſſeſſorem tantùm ſuū juvet ac beet: præſertim Philoſophos illos, qui in umbratili vitâ & ocio deliteſcentes, de Ente, de Subſtantijs, de primâ materiâ &c. ne-

&c. neq; Reipub: neq; ipſiſmet vtilibus argutijs, ſecum diſſerentes, omnes ſuas cogitationes, & vitam intrícant meatibus irremeabilibus: cum q; in altum progreſſi ſint, eò vnde egredi cœ-
140. perunt, recidunt. † Ars autem Militaris, non ſolùm eum, qui eam exercet, juvat: ſed omnibus eſt vtilis: quòd eâ defendantur Populi & Civitates: Libertas regnorum ac populorum, ac vniuscujuſq; cõſervetur: Religio ab impiorum vi vindicetur. Hæc facit vt LL. obſerventur, ſine quibus Reſpub. eſſet Corpus absque animâ. Hæc ſalutem Reipub. hæc felicitatem ejus; hæc decus, hæc bona privatorum tuetur.

141. † Lycurgus, cùm militari arte nullam
Ariſt. Reipublicæ agnoſceret vtiliorem &
Polit. 7. excellentiorem; omnes leges, quas
c. 14. Spartanis tulit, ad perfectioné & magnitudinem ejus direxit: quibus LL. cũ illi in egregios milites & Duces evaſiſſent, nõ ſolùm ſuam, ſed totius Græciæ libertatem, ab innumerabili & copioſiſſimo XERXIS exercitu â ſervitute vindicârunt. Quòd

Quòd porrò Vniverſale Bonum (cujus incolumitati privata omnia includuntur) Felicitati vnius, vel privati ſit anteponendum: id Cic. demonſtrat, cum, *Quis*, ait, *eſt tam cupidus in perſpiciendâ cognoſcendaq́ rerum naturâ, vt ſi ei tractanti contemplantiq́ res cognitione digniſſimas, ſubitò ſit allatum periculum, diſcrimenq́ patriæ, cui ſubvenire optulariq́ poſſit, non illa omnia relinquat atq́ abijciat? etiamſi dinumerare ſe ſtellas, aut metiri mundi magnitudinem poſſe arbitretur.* Et Ariſtoteles in Politic. *Principum & Nobilium virorum eſt id proprium, bella gerere, quærere Imperia, prohibere à ſe ac ſuis ſervitutem.* 1. Offic.

† Quid? quòd DEus ipſe Ducibus populi Iſraëlitici manûs armaſſe, ac bella gerere mandaſſe in ſcripturâ S. legatur, Deut. 20. Ipſe quoq; DEus Zebaoth, Dominus exercitûs appelletur. Itémq; Iehova DEus militiæ. Exod. 15. v. 3. Vnde artis militaris excellentia facilè depræhendi poteſt. 142.

Proinde, ſi illud Bonum dicitur, quod

quod per ſe tale eſt: quodq́; ab omnibus expetitum, homines ad perfectionem deducit: Honor profectò erit illud ſummum Bonum, quod viri Principes ſummo ſtudio, imò vitæ profuſione nanciſci contendunt. Militarem autem Artem eam eſſe ductricem ad Culmen honoris conſcendendum, vel
143. ex hac ratione apparet: † quòd ſit quaſi Cumulus, vel acervus quidam illarum perfectionum, quæ hominem reddunt Heroicum. Cumq́; eas Virtutes, quas quoq; ſupra recenſui, in Principe & Duce omninò eſſe oporteat; quis non videt, FORTITUDINEM ab Imperatore tàm minùs ſeparari poſſe, aut debere, atq; candorem à nive.
144. Propter hanc † Horatius Cocles (cujus beneficio, vt Val. Max. ait, effectum eſt, ne tam præclarum opus, Roma ſcilicet, dilaberetur) æternâ laude, imò honore dignus, quòd pectus ſuum Vnus, toti exercitui Thuſcano, propter patriæ ſalutem oppoſuit.

Scipio Æmilianus, cùm in Hiſpaniâ ſub

ſub Lucullo Duce militaret, atq; Intercatia prævalidum oppidum circumſideretur, primus mœnia conſcendit, magnámq; laudem ex fortitudine hac reportavit. † Q. Cotius ſpecimen Fortitudinis egregium edidit. Nam legatus in Hiſpaniam profectus, Celtibericum bellum ſub. Q. Metello Cos. gerens, poſtquam ſe ad dimicandū provocari cognovit, erat autem illi fortè prandendi gratiâ menſa poſita: relictâ eâ, arma ſua extra vallū deferri, equūq; clàm educi juſſit, ne â Metello impediretur: & illum Celtiberum inſolentisſimè obequitantem conſectatus, interemit, detractasq; corpori ejus exuvias, ovans lætitiâ in caſtra retulit. 145. *Val. Max. lib 3. c. 2.*

Non minore honore dignus fuit † Leonidas Spartanus, qui propter patriam bellum gerens, imò Græciæ totius Libertatis causâ, cum trecentis militibus fortiſſimis ad Thermopylas per triduum, impetum exercitus Xerxis, non hominibus tantùm terribilis, ſed Neptuno quoq; compedes, & Cœlo terre- 146.

lo tenebras minitantis, ſuſtinuit.

Ioachimi II. Proavi tui, Illuſtriſſime Princeps, ſuprà feci mentionē, cui Fortitudinis ſuæ, & egregij facinoris præmium, Titulus equitis aurati, à Carolo V. Imp. collàtus fuit.

147. † Olim qui fortiſſimi in aciem ac pugnam primi prorumperent, aut copias regerent ductu ſuo, talibus & legiones, & diadema Imperatorium deferebatur.

148. † Propter virtutem bellicam donati ſunt ab Impp. Germanis, Principes, eâ terræ portione, quàm ſuo ſanguine quæſitam, ab hoſtium vi tutari potuiſ-

149. ſent: † quiq; milites ſe fortes in pugnâ geſſerunt, ſcuto frameaq; publicè donabantur. Quantæ olim Germanorum vires & potentia! (quæ teſte Scaligero, Octoginta Provincias habet) quæ Fortitudo animi, & Conſtantia in bellicis rebus fuerit! vel eorum dènominatio oſtendit, quod Alemani † dicantur quaſi **allein man** / vel **allen Mans genug**/ à fortitudine, ita vt qui- vis

in Epitaphio eorum, qui ad Viennã pro libertate Chriſtiana bello

vis vir viro ſatis eſſe poſſit! ſed heu quò virtus illa deflexit! † Id obiter quoq; ad Fortitudinem eorum noto, quòd in Germaniâ ferri fodinæ primùm ſunt inventæ, & Enſis in Norico primùm fabricatus. *Turcicè cecide-runt.* 150. *Scalig. ibid.*

TEMPERANTIAM Dux colat neceſſe eſt, quæ ſub ſe Abſtinentiam & Continentiam habet: Illa ei admodum neceſſaria, vt difficile is hoſtem vicerit, externum, qui internum Rationis cō-pedibus priùs non vinxerit, ſéq; vicerit Eleganter & verè Ille dixit: 151.

Fortior eſt qui ſe, quàm qui fortiſſima vincit

Mœnia, nec virtus altius ire poteſt.

† Alexander non minori cum laude victoriam ex Temperantiâ, dum à Darij Conjuge formoſiſſimâ, & filiabus ſe continuit; quàm ex Fortitudine reportavit. † Spurina Ethruſcus excellentis pulchritudinis, cùm mulierum illuſtrium oculos ſollicitaret, eſſetq; propterea viris, parentibusq; earum ſuſpectus, faciei decorem vltrò fœdavit. 152. 153. *Bruſon. lib. 2. c. 9*

154. fœdavit. † Valentinianus Imperator moriens, ſe vnâ tantùm dixit victoriâ gloriari, rogatus quâ? reſpondit: Inimicorum nequiſſimum devici, Carnem meam.

155. † Scipio Africanus juvenis 24. annorum, virginem pulcherrimam & nobiliſſimam, ſponſo ſuo intactam reſtituit: pecuniamq́; pro redemptione oblatam, dotis loco adjecit: hoc virtutis actu egregio, animos Celtiberûm feroces domuit, quos alius forſan For-
156. titudine vix ſuperaſſet. † CÆSAR cum vini eſſet parciſſimus, Cato hoc cavillum in eum jactavit: Vnum ex omnibus, ad evertendum Rempub. Cæſarem ſobrium acceſſiſſe. Romani tandem, vt legitur, cùm non minùs temperantes eſſent, quàm fortes, de toto Mundo victores triumphârunt.

IUSTUS ſit Dux oportet. Qui enim in bello præmia Bonis & fortibus: Malis pœnas nō tribuit, latrocinia potiùs, quàm bella exercet, neq; Ducis nomē, qui vſurpet, dignus.

† Li-

† LIBERALITAS prorſus neceſſaria eſt ad artem militarem rectè exercendam. quandoquidem Dux generoſus, animos militum Liberalitate ſibi alliciendo obſequentiores, ad pugnam promptiores, ad victoriam conſequendam, alacriores reddere poteſt. Idem Scipio, cujus ſupra memini, Hasdrubalem adoleſcentem Maſiniſſæ regis nepotem, cùm cepiſſet; benignè comiterq́; exceptũ, ad Maſiniſſam remiſit cum donis magnificentiſſimis: vt oſtenderet, Imperatorem non minùs Liberalitate & domeſticis Virtutibus, quàm bellicis artibus ornatum eſſe oportere. 157

Alexander Magnus phalangem Macedonicam liberalitate in Orientem pertraxit, cujus Fortitudine de totâ Africâ triumphum egit. Hac Virtute Iulius Cæſar, quam ejus fuiſſe propriam obſervatum eſt, animum ſuorum militum eò devinxit, vt ſe ſuaq́ue ipſorum libertate & patriâ ſpoliarent, quò eum Dominum & Monatcham effeciſſent. † Vlpij

158. † Vlpij Trajani Cæſaris liberalitas
Ioan.Ser maximoperè laudatur. Hic enim plus
vil.de minus, quinq; millia Ingenuorum ſo-
mirand. bolis electiſſimæ ex omni Imperio cō-
antiqui quiſita, ita ali, ijsq́; ſtudijs inſtitui cura-
or oper. vit, ad quæ naturæ impetu trahi vide-
opib.&c. bantur; quosdam ad caſtra, alios ad
tribus implendas. Idem in plebem li-
beraliſſimus extitit. Nam infantes ali
juſſit non rogatus. Vidit enim optimè
Opt. Princeps, plebe neglectâ, nutatu-
rum ruiturumq; imperium, niſi id lar-
ga principum manus foveat, augeat,
amplectatur.

MAGNIFICENTIA quoq; Duci
eſt ornamento, quæ Virtus in ſumpti-
bus magnis & donationibus faciendis
verſatur: hac ſi Dux rectè vtatur, non
ſolùm apud ſuos; ſed & exteras gentes
magnam ſibi acquiret autoritatem,
æſtimationem & gloriam. Sed caven-
159. dum, ne modum excedat. † Stultum
enim eſt, eum magnificum videri vel-
le, qui non ſolùm facultate, ſed etiam
judicio careat, res magnas efficiendi
Alcibia-

Alcibiades hac virtute potiùs, quàm aliâ, honores magnos in patriâ, & extra eam, conſecutus fuit. De Ægyptiorũ & Romanorum Magnificentiâ, in portentoſis & planè monſtroſis ædificijs, paſſim legitur. Romanorum autem res magnificas, Opes & alia, operâ Ioan. Servilij habemus in Synopſin quandam contracta. *Vide Lipſij Admiranda.*

MAGNANIMITAS, Fortitudinis Comes individuus, Principem plurimùm commendat. Eâ qui præditus eſt, Honores facilè conſequetur. † Magno enim animo nihil magnum. Qui verò eum non habet, nec facinus gloriâ dignum vnquam edet. Propter hãc Virtutem Alexander, MAGNUS eſt cognominatus. Quid enim tentavit? quid aggreſſus eſt; quod virtutis hujus adjumento non perfecit, aut adeptus eſt? Propter hanc virtutem duo Decij: Portius Cato: M. Marcellus, dum ad Honores quisque contendens, nullum pro Repub. periculum recuſ[a]t, Nobilitati fuerunt. † Vnde & Marcellus, 160. 161.

TEM-

TEMPLUM HONORI, ex prædâ Syracuſanâ conſtruxit, vel ſecundùm alios renovavit. cujus veſtibula ſic conſtituiſſe ſcribitur; vt in illud nemo, niſi per virtutis ædẽ, quæ huic vicina era, ingredi poſſet. Exiſtimabat ille, Honoribus per Virtutem debere aditum patere.

Iuſtin. lib.2 Val Max. lib. 5.c.6. Sic CODRUS Rex Athenienſium magnanimus, ſeſe pro patriâ in bell devovit, vt exercitum ſalvaret. † Si CURTIUS & SCAEVOLA, quorum

162\. alter in voraginem ſe ſpontè præcipitavit, vt patriam peſte graviſſimâ liberaret, viniusque morte, vita & ſalus omnium ſervaretur; alter manum exuſſit, vt hoſti declararet, Romanos pro patriæ ſalute defendendâ fortes eſſ

163\. ſolere. † Callicrates adverſus Mardonium Xerxis Ducem pugnaturus ſagittâ percuſſus, ac propemodũ exanimatus: Ego inquit, *mortem nihil lugeo ſcilicet, quòd domo proficiſcens, vt pro Græciâ morerer, huc venerim: ſed angor animo quòd nec ſtrenuè, nec fortiter dimicans op*

pet

peto. † Porus Indorum Rex, dicentibus amicis, ſi ſupplex Alexandro ceſſiſſes, non eſſes victus, reſpondit; ſi ſupplex ceſſiſſem, me ignavum ſervum: ſin armatus reſtitiſſem, generosũ Regem judicaret. Idem pòſt ductus ad Alexandrum captivus, dicente Alexandro, quomodo à ſe eſſet tractandus: Regio, inquit, modo: & dicẽte Alexandro: Ecquo alio modo? Nullo prorſus, inquit.

† Huic ſimilis fuit Iohannes Fridericus Saxoniæ Dux Elector, qui, cùm ad Carolum V. Imperatorem captivus duceretur; coram eo, vt ſe tanquam Principem Sacri Imperij tractare non obliviſceretur, petijt: ſed Imperatore ſeverè eum increpante, reſpondit animosè: Cæſarem poſſe de illo, tanquam de captivo, vt libet ſtatuere. Et notabilius videtur illud: cum ei minas mortis intentaret, niſi Wittembergam reſtitueret, dixit Dux: ſupervacaneam rem eſſe timorem ſibi incutere, quia licet in manu Cæſaris eſſet captivum interfi- 165. *Scip. Amirat. differt. Polit. lib. 12. diſcurs. 2*

cere; non ideò ſibi animum ab omni pavore immunem ereptum eſſe dixit. Demum notanda præ omnibus Generoſitas illa, cùm decreto mortis audito, nihil vultu motus eſt, imò additis quibusdam heroicis verbis, Ducem Erneſtum Brunſvicenſem exhortatus eſt, vt pergeret ſcacchis ludere. Hæc ille. Hem animum magnum!

MANSUETUDO, Iræ Moderatrix Duci adeò neceſſaria, vt multis illum periculis involvi, ſuumq; exercitum ad extrema devenire veriſimile ſit, qui ea
166. præditus non fuerit. † Ira enim, cùm bonis Conſilijs, & Actionibus ſemper ſit inimica: tùm maximè Principibus & Ducibus vitanda: Manſuetudo autem ſummo ſtudio colenda; quòd eos iram cohibere; & mentem quaſi freno, à malis propoſitis, in gyrum rectæ rationis revocandam doceat. Statius pulchrè:

------ne frena animo calenti.
Da ſpacium, tenuemq; moram, malè cuncta miniſtrat

Impetu

Impetus. Et vt Horat. in Epiſtol.

--------qui non moderabitur Iræ,
Infectum volet eſſe, dolor quod ſuaſerit, aut mēs;
Dum pœnas odio per Vim feſtinat inulto.

Iulius Cæſar nunquam iratus prælium inijſſe ſcribitur. † Alexander 167.
Mag. contrà, iratus Lyſimachum leonibus objecit. † Clito haſtâ pectus 168.
perfodit: † Caliſthenem occidi juſſit. 169.
Claudius Imp. in irâ erat turpiſſimus, ſpumante rictu. Et quanquam Ariſtoteles ait: † Iram neceſſariam eſſe: 170.
nec quicquam ſine illâ expugnari poſſe, niſi animum impleat, & ſpiritum accendat. Ego tamen ſtatuo, cùm Ira furor brevis ſit: nihil egregij ab eo perfici poſſe, qui manſuetudine non vtatur. Nam qui irâ ducuntur, beſtiarum mores imitari videntur; quæ cùm excandeſcunt, vltionem quærunt.

Sunt aliæ plurimæ virtutes, quibus Ducem præditum, & harum actionibus conſpicuum eſſe oporteat; quæ omnes Militaris artis præſtantiam innuunt: ſed quoniam de Officio Ducis

& Principis, alij plurima ſcripſerunt
falcem in eorum meſſem mittere nolo
171. hoc addo: † Artem militarem, qu
Conſilio & rectâ Ratione exercetur
eſſe quaſi Penu quoddã perfectionum
earum, quæ homines ad Honores &
immortalem nominis gloriam dedu
cunt.

172. † Quid? quod Poëtæ olim Deo
armatos finxerint, ſubq; hoc involucr
præſtantiã armorũ demonſtrárint? Io
enim fulmen attribuerunt. Neptun
tridentem. Saturno falcé, Apollini arcũ
ſagittas. Herculi clavam. Palladi ſcutũ
haſtam & galeam. Dianæ arcum, ſa
gittas & jaculum. Cupidini arcum &
ſagittas fatales: vt hanc, puto, artem c
ſiſtere non poſſe ſine aliquâ ſingular
Deitate cenſerent.

Neceſſitatem Armorum quis in Re
pub. non videt? vſq; adeò ineptus mih
viderer ipſe, ſi multis argumentis ean
demonſtrare vellem; cùm neminen
ſciam tàm parvi eſſe judicij, qui vin
omnem vi repellendam non ſtatuat

† Hæ

† Hæc enim vbi viget, jura ſilere 173.
oportet; nec ſatis legibus defenditur, quod telorum impetui obvium eſt. Vi quoniam & arma cedunt. Ac ſi dicendum eſt, quod diſſimulari non poteſt: Virtus militaris præſtat cæteris omnibus, quæ Principi adeò neceſſaria, vt ſine ea, Lipſij ore loquor, vix Princeps. Quomodo enim aliter ſe tueatur, ſua, ac ſuos? Vis nuda ac mera huic rei parũ eſt, niſi arte quadam & conſilio temperetur, id eſt Prudentiâ militandi. Quæ enim res vitam, aut tranquillum uſum habeat ſine iſta? *Patria, Libertas, Cives, atq; adeò ipſi Reges, latent in tutelâ ac præſidio bellicæ virtutis.* *Cic. pro Muren.*

Quàm neceſſitatem cùm omnibus temporibus Impp. Reges, Principes viderint, ac agnoverint; ſummo ſtudio Militares & fortes viros conquiſiverunt: præmijs, & honoribus ſummis affecerunt: Populi ſuos Liberatores triumphis condecorârunt: memoriam eorum ſtatuis aureis, argenteis, æreis poſteritati transmiſerunt, eos, vt Semi-

deos coluerunt, Patres Patriæ nominárunt, ac in numerum Deorum retulerunt. Vnde de Iaſone illud;

Muret. in Orat. 174. *Clarior ex cunctis Divus ſplendebat Iaſon.*

† Demetrio Phalereo populus Athenienſis trecentas ſexaginta ſtatuas æreas anno vno, eoq́; non toto poſuerat: quibus omnibus Demetrius ipſe ſuperſtes fuit. De triumphis & honoribus Furio Camillo Liberatori patriæ à P. Rom. delatis: Scipionis ſuperioris: Q. Flaminij: Pauli Æmilij: Luculli Romani: C. Pompeij Magni: D. Iulij Cæſaris, aliorumq́; hîc ſcribere ſuperſedeo. Id tantum adſtruo; Præmia, Triumphos, Coronas, atq; alia, militibus olim aliam ob cauſam donata non fuiſſe, niſi in ſignum Fortitudinis & artis bellicæ; cujus ſemper certè apud veteres magna fuit æſtimatio. Vnde & Diomedes

I. Ænei. apud Poëtam laudans Virtutem & Fortitudinem Æneæ, quamvis ſui inimici, dona ſibi oblata ad eum converti jubet.

Munera

Munera, quæ patrijs ad me portaſtis ab oris,
Vertite ad Æneam, ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimusq́ue manus, experto credite, quantus
In clypeum aſſurgat, quo turbine torqueat haſtam.

† Cicinius Dentatus Fortitudinis, animiq; invicti magnitudinis ſtupendum nobis reliquit exemplum. Centies enim & vigeſies pugnans, in prælio ſemper victor, ſex & triginta ſpolia ab hoſte retulit: autore Gellio & Plinio. quadragintaquinq; vulnera in pectore excepit, nullum in tergo: donatus aureis coronis octo, Civicis quatuordecim, muralibus tribus, obſidionali 1. Torquibus 83. Armillis 160. haſtis 18. phaleris 25. Hæc eſt vera gloria, hic honor, quo meritò fortes viri ob animi ſui magnitudinem & egregia facta afficiuntur. Hîc quoq; mihi ſeries longa eſſet recenſenda Principum, qui bello ſplendidos triumphos & honores promeruêre: ſed quoniam omnium æta- 175. *al. Sicinius Val. Max.*

tum hiſtoriæ, plurimos fuiſſe teſtantur
176. † Viris q; heroicis eam vim natura in-
" didit, vt ad bella gerenda ſolùm nat-
" videantur: citiusq́; filios Principum in
" cunis, vt ita dicam, arma tractantes (c
eorum ſit quaſi officium proprium, a-
quod nati creduntur) quàm literas ex-
colentes videamus: ideò ſuprà longio-
fui in enumerandis ijs, qui cum Arm-
literas conjunxerunt. Lubens auten
alijs hunc laborem in recenſendis a
laudandis eorum rebus præclarè geſt
concedo, cùm omnia in hunc locum
congerere non inſtituerim. Cancell-
brevitatis egredi nolo.

Id tamen maximæ mihi admiratio-
ni eſt, Fortunæ conſtantis benefic
177. † Henricum III. Imp. vſum fuiſſe
cū bis & ſexagies pugnâſſet, ſuperior
178. ex prælijs evaderet. † De Boleſl.
III. Crivouſto (à diſtorto ore) cogno-
mento, Rege Polonorum, Annales e-
rum referunt, quòd quinquagies p-
gnaverit, ſemperq́; victoriam retul-
179. rit. † Alberti VI. Iunioris cognome

to, Marchionis Brandeburgenſis (qui & Aſclepiades Germanicus appellatus fuit) egregia facta Sleidanus, alijque ſatis abundè celebrárunt; qui cū ſummâ felicitate & honoribus, Fortunæ variantis, & res humanas pro libitu ſuo verſantis, viciſſitudines expertus: animum tamen Heroicum in vtraq; ſorte Magnum ſemper geſſit & oſtendit:

Cujus honos animi Virtute, & vindice dextrâ
Partus, erit terris perpes, cœloq; ſuperſtes.

Arma igitur in Republicâ quavis benè conſtitutâ plurimùm valere debere ſtatuo; quæ in bellis neceſſaria, in pace decora ſunt: quorum beneficio, vt paulò ante dixi, Religio, Reſpublica, Patria, Cives, bona cujusque, & ſalus optimè defenduntur, quibus & leges ipſæ conſervantur: quin imò Principibus ſummo ſtudio & diligentiâ tractāda, conquirenda, conſervanda; quandoquidem † Armis & virtute bellicâ, nō ſolùm ſe ſuaq; tueri, & ab omni vi, injuriâ, & hoſtium incurſu, depræ- 180.

dationibus, rapinis vindicare queant: ſed ſi ijs rectè, juſtè & oportunè vtantur, Honores ſummos, ac gloriam nominis ſui æviternam,

--------quam non longæva ven'ſtas,
Non abolebit edax tempus, non livor, conſequuntur.

181. † Quid enim hodiè in Principum Inſignibus, Leones, Aquilas, vexilla, Coronas, alia item ſplendida ornamenta? quid in Baronum, ac noſtratium clypeis, haſtas, gladios, caſtella, Pontes, turres, atq; alia ſexcenta cernimus? niſi manifeſta ſigna Virtutis bellicæ: quæ nobis memoriam produnt, Majores quondam noſtros bellicâ fortitudine, animiq; invicti magnitudine, Honores ſibi tales ac qſiviſſe; ab Impp. præmij loco oblatos, poſteris ſimilem virtutem exercendi & excolendi, quaſi calcaris loco reliquiſſe! Romanum ſanè Imperium hac bellicâ virtute ad tantam magnitudinem, quâ olim floruit, pervenit! quod & nomen ipſorū vaticinijs illuſtre comprobavit;

ROMA TUUM NOMEN
TERRIS FATALE
REGENDIS.

Et ſi oculos ad omnis ævi hiſtorias cõverterimus, videbimus profectò ARMIS REGNA AUCTA & CONSERVATA, novaq; acquiſita fuiſſe, & etiã nunc parta defendi: nova ijsdem acquiri & conſervari.

† Romanorum quoq; illud præclarum, & ad memoriæ famam propagandam erat inſtitutum, apud quos Nobiles & Generoſi cives, in his potiſſimum duobus liberos ſuos excellere volebant: vt ſcilicet domi boni Senatores: foris fortes eſſent Imperatores. Proptereaq́; nulla Reſpub. fuit, quæ tot Imperatores & Senatores, vnis incluſos mœnibus ſimul haberet. Exemplis longum eſſet demonſtrare. Sed nõ minùs CONSILIO DOMI, quàm FORIS ARMIS magnas & graviſſimas res compoſuerunt. *182. Goslic. de opt. ſenat. lib. 1.*

Et noſtrâ hac tempeſtate, in omnibus bene conſtitutis Rebuspub. idem

fieri

fieri animadvertimus. Quapropter, vt quod res eſt, dicam: Felices illos Principes; qui tempore pacis, animum ſuum ad bellicas artes aſſueſcunt: arma quæ tractare diſcunt diligentiſſimè: vt cùm tempus & Neceſſitas poſcat, ea ex recto & vero vſu exercere, iisq́; ſe, & ſuos defendere ſciant. Sed vt ſciant dico, & non niſi coacti & laceſſiti, bella moveant: aut ſi ſponte movere velint, † Iu-
183. ſta ſuſpiciant. † Iuſtum autem bel-
184. lum inter Reges, ex Baldo Alberic
lib.1.c.6. de Iure belli. Gentil. notat: dum hinc inde, de ſervandâ Majeſtate, Iuſtitiáq; contenditur. Iuſtè ſuſcipere, ex probabili causâ
185 innuit. † Iuſtum quoq; illud bellum olim fuit, quod Deus imperavit. Sic Rex Ezechias Philiſtæorum legatis aliud nō reſpondit, de Iſraëlitarum jure in Palæſtinâ; quàm Iehovam ſic velle, vt ea terra eſſet populi ſui. An pro Religione juſta ſuſcipiantur bella? hîc non

Iuſtorũ bellorũ quæ ex divini verbi regulis ſuſcepta ſunt, Deus eſt & Dux & author: & ea ſunt nō hominum ſed Dei ipſius cenſenda. Ioſ. 5. v. 13, 1. Num. 28. Danæus polit. Chriſt. lib. 7. aphor. 9.

non deſinio. alij aliter ſentiunt, hodiè certè, ſi quis exquiſitè rem perpenderit, reperiet ſub prætextu Religionis latrocinia potiùs exerceri; ambitioséque aliena regna & ditiones, bonaque privatorum infeſtari, diripi. Eleganter quidam, quem Gentil. citat. --*dictis pugnamus & armis,* lib.1.c.9. de I.belli

Quéis de Religione animo ſententia ſedit
Verior. interea tabulas, & tradita Moyſis
Spernimus.

Non minùs tamen Felices & illos Principes æſtimo, qui, quicquid agunt, aut agendum cogitant: † Conſilio 186. priùs, quàm Armis experiuntur. Arma enim absq; Conſilio mota, autoribus plurima damna dederunt. Nam cùm temeritas in actionibus, etiam privato ſit noxia: † tùm temerè aliquid agere 187. Principi, maximè Duci belli turpe eſt. Error enim minimus, ſine jacturâ grandi corrigi non poteſt. Et *Vis omnis conſilij expers, mole ruit ſuâ.*

† Cumq; Pax propterea non colatur, vt inde bella oriantur; ſed bella ſu- 188.
ſcipiantur,

ſcipiantur, vt pax procuretur, ac nos i
pace vivere poſſimus, quæ belli fin
eſt: ad quã, niſi per ſanguinem, & bel
lorum injurias veniri non valeat: Me
tò omnib. principib. in id incumbend
eſt: vt antequam arma induant, ante
quam in campum & prælia deſcend
Conſilio & Prudentiâ compoſitio
nem de rebus controverſis tenten
189. † Bella enim non eodem modo depo
ni, quo ſuſcipiuntur, certum eſt. Qui
quòd alea Martis anceps ſit, & dubi
tà in victo, quàm victori favens? R
1.Offic. ctè igitur Cic. *Duo ſunt genera decertan*
vnum per diſceptationem, alterum per vi
ad hoc confugiendum non eſt, ſi vti ſuperio
lib.1.c.3. de I.belli *licet* Quanquam & hoc noto ex Gent
le: *Inter Summos Principes, populóſve lib*
ros fori diſceptationem non eſſe, niſi int
volentes; vt qui judicem non habent, n
ſuperiorem in terris. Bellumq̃ cõtra hos e
qui ll. nequeunt coërceri: judicia autem
Cives redduntur. Et olim lex Plato
erat: *Si quis privatim ſine publico ſcitu p*
cem bellúmve fecerit, capitale eſto, Priva
ru

rum nomine ij intelligebantur, qui ſuperiorem agnoſcebant. Et armorum vſum, in bellis præſertim, nemini niſi conſenſu Imperatoris eſſe concedendum, probat tit. C. *vt armorum vſus inſcio principe interdictus ſit.*

Ex re autem ſæpè eſſet Principum, ſi quæ communibus amicis Arbitris, aut judicio tranſigi poſſent, priùs Conſilio attentarent, quàm, vt dixi, ad arma iretur. † Sic Romanos provocare ſolitos legimus, vt verbis & judicio controverſiæ finirentur, non armis dirimerentur. Sic Ardeátes & Aricini: ſic Neapolitani & Nolani ad judicium P. Rom. eunt, afferunt controverſias. Sic Samnites provocant in diſceptationem Romanos coràm communibus amicis. Sic Carolus IV. Imp. aditus Iudex à Franco & Anglo, Regibus. Et Helvetij ſic convenerunt cum Gallo, vt ab hoc, pars illa Burgundiæ reſtitueretur Carolo Imperatori, quàm ICti conſtituiſſent. alia exempla ſunt paſſim obvia. † Cum itaque Prudentia Conſilij

190. *Alber. Gent. de I. bellici ex Livio Cic. 1. Off Polyd. Angl. 18. 20. Iovian. lib. 8.* 191.

Conſilij boni mater ſit: illam verò L-
TERÆ forment & VSUS: quis il
Principibus ſummè neceſſarias n
192. contendat? † Neq; hîc inſulsè c
mitantem Licinium audio, qui liter
Reipub. peſtem appellare ſit auſus. P
Reuſn. in tre enim ruſtico natus, inter ruſtic
Symbol. educatus, ruſticis moribus imbutus, i
Impp. ter ruſticos & agrarios conſeneſcen
Rom. aliter & altiùs ſapere non potuit: de h
Ital. Iac. Micyllus in Impp. ſuis:

Nec tua ſors melior, Licini, neq; fata fu
runt,
Qui belli effugiens funera, pace cadis.
Sed dedit hoc tua barbaries: qui ſumma de
rum
Munera, conſvêras dicere perniciem.

Quin potiùs illud Alfonſi Regis ſedu
193. lò perpendendum: † ex libris & a
ma, & armorum Iura Principes optim
addiſcere poſſe.

Literæ præterea ex agreſtibus civi
les; ex ferocibus manſuetos; ex incu
tis cultos, ex humillimis ſupremos, e
nobilibus Illuſtres reddere volunt a
poſſunt

poſſunt. Ac quemadmodum â Deo ſapientiſſimo rerum omnium moderatore, in hoc inferiori orbe ſic res diſpoſitas videmus; vt alternis vicibus ſibi ſuccedant:

Nec ſemper pluviæ glomerentur in æthere nubes,
Nec ſemper madidas concitet Auſter aquas:
Non ſemper rigidæ maneant fera frigora brumæ,
Terra nec aſſiduo fulmine quaſſa tremat:
Sed rigidâ tandem brumâ ceſſante, viciſſim
Aurea purpurei tempora veris eunt:
Imbribus effuſis iterum Sol aureus orbi
Arridens nitidum fundit ab orbe jubar:
Sic & in terris
Non ſemper fera bella ſonant: Pax læta triumphis
Ingreditur tandem, devictis hoſtibus, vrbes.

PRINCIPES igitur arma, non niſi cum Tempus & Neceſſitatis ratio juſta, quod ſupra monui, requirit, ſumãt: belloq; etiam juſtiſſimo, pacem anteponant. Omnia enim in bello miſera; ſine

ſine cæde & ſanguine victoria vix ſperari poteſt, ne dũ obtineri. Adde quòd multa ad bellorum adparatûs requirãtur; adeò, vt quicquid pluribus annis Reſpub. comparſit, aut ſubditorum frugalitas & parſimonia collegit, vnâ die Bellum abſumat, & niſi commeatum Princeps habeat, & vnde ſtipendia exolvat, aliaq; ad belli neceſſitatem requiſita: aut hoſti prædam eum fieri, aut turpiter à cœptis deſiſtere oportet.
194. tet. † Non ſemper in ore ſit MILITEMUS. quin potiùs LABOREMUS.
195. † Pacem igitur & ARTES PACIS AMENT COLANTQUE vel propterea, quòd cùm Simulachra DEI OPT. MAX. Principes ſint, ejus quoq; ſimillimi fieri in animum ſibi inducant. Ille pacis amans eſt, ille pacis fautor & author: diſcordiarum autem Sathan.
196. † Quid quòd bella Iræ divinæ ſint evidens teſtimonium? *Deut.28.vſ.26 47.Iudic.2.verſ.13.Iſai.5.verſ.25.Ierem.5.verſ.15* Vnde & Attila flagellum DEI, ambitiosè ſe nominavit, & vocari paſſus eſt

Quòd

Quòd ſi quis Arma remedij loco eſſe adverſus Improbos adhibenda dicat, non ierim inficias, quin ijs improbi coërceantur; & ad officium, ſi aliâ ratione non poſſunt, revocentur: † Sed 197.
veluti ex crebra pharmacorũ ſumptione, corporis vires debilitari ſentimus; tantúmq; abeſt, vt juvent, vt etiam ſæpè ſumpta maximè noceant: Sic bella, ſi nõ neceſſariò ſuſcipiãtur, ſive ex neceſſitate ſumpta, ſi diutiùs continuentur, vaſtitatem, damna, paupertatem hominibus inducunt; jacent leges, ſqualent arva: & vt Maro canit:

Quippe vbi fas verſum, atq; nefas: tot bella per orbem,
Tàm multæ ſcelerum facies: non vllus aratro
Dignus honos: ſquallent abductis arva colonis;
Et curvæ rigidum falces conſlantur in enſem. Certè
Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.
Contrà-----*pax optima rerum*
Quas homini noviſſe datum eſt: pax vna triumphis

Innu-

Innumeris potior: pax cuſtodire ſalutem,
Et cives æquare potens.
Pax plenum Virtutis opus, pax ſumma laborum,
Pax belli exacti precium eſt, preciumq́; pericli,
Sidera pace vigent, conſiſtunt terrea pace,
Nil placitum ſine pace DEO.

Quanquam invenias plurimos, qui lucri ſui causâ, Principibus illud Caracallæ auribus inſuſurrent: Omnis in ferro ſalus eſt, vel, vt eſt apud Senecam *in Octaviâ*. *Ferrum tuetur Principem*. Sed ij longè ab-
198. errant. † Stabile enim illud regnum eſſe non poteſt, vel firmum, quòd vi metuq; continetur. Et vt idem Seneca ait: *Violentâ nemo imperia continuit diu. Moderata durant*. Et vt apud Euripidem Menelaus.

Si vela tendas nimium; navis mergitur:
Sed ſi relaxes rurſus, vehitur tutiùs.
Odit DEUS *nimis vehementes impetûs,*
Odere cives: gratior eſt moderatio.

Hæc cùm ita ſint; quòd ſcilicet armis ſolis Reſpublicæ ægrè conſiſtere poſſi

poſſint, niſi pacis artes, quaſi mollio-
res accedant: Armaq; parum profici-
ant; quæ per ſapientiam non fuerint
adminiſtrata: Literas quoq; ab armis
defendi neceſſe ſit: † Quapropter LI- 199.
TERAS CUM ARMIS CONIUN-
GENDAS ſuaſerim, cùm ex illis non
minor Gloria verusq; honor, quàm ex
his Impp. Regibus, Principibus na-
ſcatur.

Quippe quòd literarum ſtudia Prin-
cipes cultiores, meliores & illuſtriores
reddant, majoremq́; eis tàm apud ſub-
ditos, quàm exteros reges & populos
auctoritatem concilient; earum quoq;
vſus † in omni parte vitæ, & omnibus 200.
Reipub. partibus amplior, illuſtrior,
frequentior, tutior, Naturæ neceſita-
tiq́; proprior ſit: † Armorum contrà 201.
ratio (non enim ſemper bellum geri-
tur: ſemper autem, Bello & Pace, con-
ſilijs ac literis opus) triſtior, imò peri-
culoſior exiſtat. Eam ob cauſam Poëtæ
olim ſacri hujus vinculi neceſſitatem,
nobis in Pallade, † quæ Sapientiæ 202.
Dea

Dea habita, propoſuerunt conſiderandam: quàm armatam clypeo, haſtâ, & ægide finxerunt: vt Sapientiæ vim ac neceſſitatem tàm domi, quàm foris, imò rebus in omnibus oſtenderent. Illa igitur Reſpub. tàm diu incolumis; eaq; Principum Curia in expugnabilis erit: quàm diù in ea PALLADIUM inviolatum ſervabitur. Aſt vbi Sapientiâ omnia gubernantur, neq; vlli impunè fit injuria, tunc illud inviolatum perſiſtit. † Quamobrem felicem illam Reimpublicam meritò æſtimandam, quæ literas & arma fovet: feliciorem Populum, quæ Palladij curam habet diligentiſſimam: Feliciſſimos Principes, qui illud in ſui pectoris ſcriniо ſervant. † Nam quemadmodum Troja priùs capi non potuit, quàm ſimulachrum illud de cœlo delapſum auferretur: † Sic quoque Principibus annitendum eſt ſedulò, vt ſibi illud eripi nullâ vi, nulla adulatorum perſuaſione patiantur, ſi felicem & florentem

Nat. Com. Myth. lib. c. 5.

203.

204.

205.

tem Reipublicæ ſuæ ſtatum læti videre, ſi ſe beatos cenſere: ſi denique Nominis ſui illuſtrem famam PACIS ET BELLI ARTIBUS immortalem reddere cupiunt.

FINIS.

Add 41155005

Digitized by Google

M. 31.

BIB
V
X